a legis onere qđ portare nequerant liberaret:qꝛ factus
eſt ſub lege:vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret. Septio vt
ꝓ nobis ſanguinē ſuū nō ſolū in etate virili:ſed etiā in
infantia funderet:⁊ tēpeſtiue pati inciperet. Octauo vt
in ſe veritatē carnis hūane oſtēderet:⁊ hereticos q̄ di-
xerūt eū nō verū corpꝰ:ſꝫ phātaſticū habuiſſe ꝯfūderet
Nono vt caſtitatē q̄ a circūciſiōe actꝰ illiꝰ mēbri eſt cō-
mēdaret:⁊ ꝯcupiſcētiā carnalem reprobaret. Decio vt
in ip̄o carnalis circūciſio finē:⁊ ſp̄ualis exordiū hēret
⁊ nos fore ſp̄ualiꝛ circūcidēdos demōſtraret:vt ei apo
Roma. x.
ſtolꝰ ait. Finis legis xp̄s ad iuſticiā omni credēti. Ho
Baptiſmus euacuauit circumciſionem
dierno itaꝙ̄ die ceſſat circūciſio /⁊ habemꝰ ꝓ ea baptiſ
mū:q̄ ē maioris gr̄e ⁊ minoris pene:nā gr̄a baptiſmi ſu
perueniēs carnis circūciſionē euacuauit:quēadmodū
fructu adueniēte flores decidūt ⁊ marceſcūt. vñ greg.
Greg.
Qđ apđ nos valet aqua baptiſmatis /hoc egit apđ vete
res /vl' ꝓ paruulis ſola fides /vl' ꝓ maioribꝰ ꝟtꝰ ſacrifi
Beda.
cij:vl' ꝓ his q̄ ex ſtirpe abrae ꝓdierunt myſteriū circū
ciſiōis. Et ſm̄ Bedā idē auxiliū curatiōis ī lege circū-
ciſio ꝯ originalis pctī vlnꝰ p̄ſtitit qđ nūc baptiſmꝰ tpe
gr̄e ꝯfert /niſi qđ introitꝰ ī regnū nōdū patebat circūci-
ſis vt mō baptiſatꝭ. At vero nō ſolū baptiſmꝰ hoc facit:
ſꝫ etiā paſſiōis adiūctio:q̄ ſi circūciſiōi adiūcta eſſet:et
Circūciſio cur in p̄putijs.
ſil'r ibi fieret. Jō autē in carne p̄pucij fiebat circūciſio:
qꝛ ī ꝑte illa magꝭ ꝯcupiſcētia dñaꝛ ꝑ quā origīale pctm̄
ꝓpagaꝛ. Ubi ergo via pctī eſt /ibi apte ſignabaꝛ pctī re
mediū. Significaꝛ aūt ꝑ circūciſionē carnis circūciſio
mētꝭ:q̄ mūdaꝛ aīa a vitijs:⁊ iō debemꝰ circūciſionē ſp̄ua
lē ī oībꝰ intꝰ et extra hr̄e:⁊ ex oī ꝑte ſp̄ualiꝛ vitijs circū
ciſi eē. Circūciſus eni xp̄s ē:vt oīa pctōꝝ vitiorūꝙ̄ ſu-
perflua hoiem abſcindere a ſe debere doceret. Uñ ſm̄
Bernar. Circūciſio duplex nob neceſſaria.
ber. Duplex ē circūciſio q̄ a nob fieri dꝫ.ſ.iterior ⁊ exte
rior:exterior ꝯſiſtit.ſ.in habitu ne ſit notabil':in actu ne
ſit rep̄hēſibilis:⁊ ī ſmōne ne ſit ꝯtēptibil'. Jnterior ſil'r
ī tribꝰ ꝯſiſtit.ſ.ī cogitatiōe vt ſit ſctā:in affectione vt ſit
pura:in ītētiōe vt ſit recta.hec Ber. Debemꝰ igiꝛ eē cir
cūciſi corde a cogitationibꝰ noxijs ⁊ īmūdis:a iudicijs
falſis ⁊ temerarijs:ab ītentionibꝰ ⁊ volūtatibꝰ iniq̄s:vt
corā deo ꝑtimeſcamꝰ ꝟſari ī corde qđ corā hoībꝰ erube
ſceremꝰ dicere vl' facere:qꝛ q̄ dicta vel facta hoībꝰ:hec
ſunt cogitatiōes deo. Debemꝰ quoꝙ̄ eē circūciſi ligua
a ꝟbis turpibꝰ /đtractorijs /mēdoſis:ocioſis ⁊ ſuꝑfluis:
qꝛ de oī ꝟbo ocioſo(etiā ignorāter ꝓlato:ſicut ⁊ de cogi
tatiōe minutiſſima)reddēda eſt rō in die iudicij. Debe
mꝰ etiā eē circūciſi oībꝰ ſenſibꝰ ⁊ mēbris corporis nr̄i a
ꝓhibitis ⁊ illicitis:a voluptuoſis ⁊ ſuꝑfluis oībꝰ abſti
nēdo:⁊ nō ſolū a pctō:ſꝫ ⁊ ab oī occaſiōe pctī nos ſubtra
hēdo:qꝛ niſi q̄s occaſionē pctī vitauerit:vix pctm̄ decli-
Octaua die circūciſio fiebat.
nabit. Tali circūciſiōe oīa vitia ⁊ pctā tollunꝛ ⁊ exclu-
dunꝛ:vñ ⁊ octauo die circūciſio merito fiebat:in qua et
vltima reſurrectio fiet:qñ oībꝰ mēbris circūciſis.i.viti
is ⁊ peccatꝭ abſciſis totꝰ ex itegro īnouatꝰ:oīꝙ̄ ſuꝑflui
tate mūdatꝰ hō ad īmortalitatē reſurget. Octaua dies
ipſa eſt q̄ ⁊ prima. Jn hac ei mūdꝰ cepit:xp̄s reſurrexit
Etates mundi.
Jn hac ⁊ vl'is reſurrectio erit. Sex eteni ſunt huiꝰ ſecl'i
etates in q̄bus ꝓ deo laboribꝰ inſiſtere /⁊ ꝓ adipiſcen
da ſempiterna req̄e ad tēpꝰ oꝑari neceſſe eſt. Septima
etas nō in hac /ſed in alia vita q̄eſcētiū vſꝙ̄ ad tēpus re
ſurrectionis oīm. Octaua aūt etas ip̄a eſt dies reſurre-
ctiōis ſine vllo tp̄is fine btā. Tūc aūt nō ſolū circūciſi:
ſꝫ oībꝰ ab eis pctis abſciſis / mūdi ⁊ īmaculati eternū
nomē ſctīſ uſcipiēt ⁊ hereditatē. Qui ergo mala ⁊ vana
cogitare vel loqui aut facere nō appetit:iſte iterius ⁊ ex

teriꝰ ꝑfecte circūciſus eſt. Paꝝ aūt ꝓdeſt circūciſū eē
ex ꝑte vna ⁊ nō ex alia /vt eni ait Pius papa. Nihil pro   Pius papa.
deſt hoī ieiunare ⁊ orare:⁊ alia religiōis bona agere:ni
ſi mēs ab iniq̄tate ⁊ ab obtrectationibꝰ lingua ꝓhibeaꝛ
Nihil q̄dē ꝓdeſt.ſ.ꝙ̄tū ad vitā eternā:ꝓdeſt eni ꝙ̄tū ad
tꝑalia. Uñ ⁊ Beda. Nemo ſane cū circūciſionē predica   Beda ab oībꝰ circūcidi p̄cipit.
ri audierit:vniꝰ ſolū mēbri ꝯtinētiā autumet imperari:
q̄ſi vel a fornicatione tm̄ abſtinētē:vel licito mr̄imonio
tempāter vtētē:vel ꝟginitate gl'ioſū exiſtere abſꝙ̄ alia
rū virtutū adiectione ſufficiat:⁊ nō oīm potiꝰ quos cor   Eſa. xxiij
de vl' corꝑe geſtamꝰ ſēſuū caſtigationē p̄cipi. Jlle itaꝙ̄   Jbidem.
ꝟa circūciſiōe mūdatꝰ eſt:q̄ obturat aures ſuas ne au   Pſ̄. xxxviij.
diat ſanguinē:⁊ claudit oculos ſuos ne videat malum:q̄
cuſtodit vias ſuas ne deliquat in ligua ſua:⁊ attendit ſi   Luc. xxj.
bi ne grauet cor eiꝰ in crapula ⁊ ebrietate:q̄ lauat inter   Pſ̄. xxv.
īnocētes manꝰ ſuas /⁊ ab oī via mala prohibet pedes ſu   pſ̄. cxviij.
os.q̄ ſuꝑ oīa caſtigat corpꝰ ſuū ⁊ ſuituti ſubijcit:omīꝙ̄   j. Coꝝ. ix.
cuſtodia ſeruat ſuū cor:qm̄ ex ip̄o vita ꝓcedit. Sꝫ ⁊ ip̄a   Prouer. iiij.
bona actio ſua q̄ ī abſcōdito eſt circūciſiōe nō minꝰ indi
get:vt cū ieiuno:oro:elemoſinā facio:gloriā intrinſecꝰ
q̄rā. Quapropter ⁊ apl's abſconditā corde circūciſionē
ſedulo cōmēdat:cui laus non ex hoībꝰ /ſꝫ ex deo eſt:hec
Beda. Debemꝰ ergo oē pctm̄ intꝰ ⁊ ex̄ vitare:⁊ ex oī ꝑte
ſp̄ualiꝛ circūciſi eē. Totiēs etiā hō circūcidiꝛ:quotiēs   Jllumiationes octo circūciſionē mētꝭ p̄cedentes.
poſt pctm̄ ad pēitētiā reuertiꝛ. Hāc aūt circūciſionē p̄-
cedere oportet octo ſp̄uales illuminationes diuinarū
gr̄aꝝ q̄ ꝑ.viij.dies intelligunꝛ ⁊ ſic octauo die circūci-
ſio ī aīa celebraꝛ:videlꝫ pctōris ad deū cōuerſio:pctī re
cognitio:cōtritio:ꝯfeſſio:ſatiſfactio:pctī deteſtatio:ī fu
tuꝝ cautio:⁊ ex tūc octauo ſequiꝛ ip̄ij iuſtificatio:q̄ gr̄a
infundiꝛ:⁊ pctm̄ expelliꝛ:⁊ in ip̄a die octaua.ſ.ī iuſtifica
tione ip̄ij celebraꝛ circūciſio ī aīa penitētis. Que q̄dem
circūciſio nō ē aliđ ꝙ̄ amputatio vitioꝝ q̄ hꝫ fieri in cul-
tello ꝑnīe. Sic eni ī circūciſiōe corꝑali fit amputatio ſu
perflue carnis:ſic in circūciſiōe ſp̄uali fit amputatio vi-
tioꝝ ⁊ pctōꝝ q̄ ſola ſunt hoī ſuꝑflua.oīa eni alia creata
in hoīe ſunt valde bona. Et niſi iſta circūciſio fiat ī aīa:
ip̄a eſt filia ꝑditiōis ſm̄ illđ Geñ. Maſculꝰ cuiꝰ p̄pucij   Geñ. xvij
caro circūciſa nō fuerit:ꝑibit đ ppl'o ſuo. ¶ Jtē iſti.viij
dies ſūt.viij.illumīatiōes ſp̄ūs ſeptiformis ī ſeptē vir-
tutibꝰ p̄ncipalibꝰ /cū ꝑſeuerātia finali q̄ eſt octauo. Et
qꝛ niſi ꝑ xp̄m pctā nō tollunꝛ /ip̄e eſt eni agnꝰ dei q̄ tol-   Johā. j.
lit pctā mūdi:iō (vt dictū eſt) circūciſio cultrꝭ fiebat pe
trinis:qꝛ petra erat xp̄s. Hec illa iudeoꝝ circūciſio ſi-
gnificat:⁊ ſine hac ſignificatiōe īutilis ē. Et iō xp̄s cir-   Chriſtus nobis non ſibi circūciſus ē.
cūciſus eſt vt circūciſiōis ſignificationē nob cōmenda
ret. Sic eni nob ē natꝰ:nobis baptizatꝰ ⁊ paſſus:ita ⁊ no
bis nō ſibi ē circūciſus. Sp̄ualē ergo circūciſionē ſigni
ficatā ꝑ corꝑalē hr̄e ſtudeamꝰ:vt illā ſp̄ualē q̄ in octaua   Circūciſiones triplices.
reſurrectionis in nobis futura eſt ab oī corruptiōe cul-
pe ⁊ pene ꝯſeq̄ mereamur. Tres itaꝙ̄ ꝯſtat eē circūciſi
ones:vna ē ſacramētū.ſ.circūciſio q̄ ē ī corpe:due vero
ſūt res illiꝰ ſacramēti:videlicet circūciſio a pctō q̄ quo-
tidie ē in aīa /ac circūciſio a pctō ⁊ ab omni pena pctī:q̄
in reſurrectione erit in anima et in corpore.   Oratio.

O Jeſu clemēs q̄ de virgine natꝰ ſub lege circū-
cidi voluiſti:circūcide ieſu miſericors cogi-
tationes ꝟba ⁊ oꝑa ſuitui:vt nil tue volunta-
ti cōtrariū cogitādo:loquēdo:operādo:ꝑagā.
⁊ in ſenſu ſit mihi cogitatꝰ dei:⁊ oīs narratio mea ī pre-
ceptis altiſſimi:⁊ in oꝑibus mandatorū tuoꝝ dirigānꝛ
oēs actus mei. Ecce dñs corā te ſunt:cor meum:lingua
mea:ſenſus ⁊ mēbra conātur quidē:ſed ꝑ ſe nō p̄nt. Fac
tu qđ ipſa nō p̄nt:⁊ ꝑfice in bonis deſideriū mei pctōrꝭ:
q̄ cōſueuiſti deſideriū ſuum dare iuſtis. Amen.

¶ De Apparitione domini.   Capitulum. xj.

TErtiadecia vero die
puer Jeſus manifeſtauit ſe gentibꝰ:   Matth. ij
id eſt magis q̄ erāt gētiles. Prophe-   Nūe. xxiiij.
tatum quippe ſeu vaticinatum fuerat
per balaā prophetam gētilium ꝙ ori-
retur ſtella ex iacob:⁊ conſurgeret hō
de iſrael:vbi oñdiꝛ ꝙ ortꝰ noue ſtelle
apparentis erat ſignum xp̄i naſcentis. Jſti ergo viden
tes nouā ſtellam / cognouerūt per inſpirationē diuinā
ꝙ illa erat q̄ per balaam predicta fuerat:⁊ iō ſtatim mo
uerunt ſe de locis ſuis /vt ad venerandū puerū natū ve

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

*Magorū genꝰ ⁊ de nominatō*

nirēt. Iſti a balaā genꝰ duxerāt: ⁊ nō minꝰ fidei q̄ gn̄ls
ſucceſſores ⁊ heredes erāt. vnde nō a magica arte ſed a
magnitudīe ſciētie vocati ſunt magi: q̄ſi ī ſapīa magni.
et erāt ī ſcia aſtroꝝ periti: quos enī hebrei ſcribas: greci
pħos: latini ſapiētes: hos ꝑ ſe magos appellāt. Et ideo
erāt magi nō malefici: ſed ſapientes ꝑmitie fidei noſtre.

*Reges. vnde dicebantur Seneca ꝺ diogene.*

Qui iō etiā reges dicti ſunt: qꝛ illo tp̄e philoſophi ⁊ ſa-
piētes regnare ꝯſueuerūt. Vn̄ de antiquoꝝ tp̄m felici-
tate Seneca ſic dicit. Sūma felicitas erat gētiliū ī qbꝰ
nō poterat potētior eſſe niſi melior. Illo ergo ſeculo qꝺ
aureū ꝑhibet / officiū erat īperare nō regnū. Pax erat
regi ſine arte et difficultate ſibi īuenire aliqꝺ recepta-
culū. Vn̄ de qdā pħo tūc regēte ſtati ſubiūgit. Dyoge-
nes cynicꝰ cū vidiſſet puerū caua manu aquā bibētem:
fregit ꝓtinꝰ exēptū e perula calicē hac obiurgatiōe ſui
Quādiu hō ſtultꝰ ſuꝑuacuas ſarcinas habui. Qui ſe cō
plicuit ī dolio ⁊ in eo cubitauit. hec Sen̄. O q̄tū diſtat
inter rectores huiꝰ tp̄is ⁊ illiꝰ: qꝛ nūc oīa illis cōtraria
ſcꝫ diuitias / honores / ⁊ delitias q̄rūt: ⁊ iō ī futuro forte
peiꝰ gētibus habebūt. [Et venerūt magi ab oriēte]. i. a

*Magi cur ab oriēte venerunt.*

ꝑtibꝰ q̄ reſpectu hierl'ꝫ ſūt verſus oriētē. vt ſcꝺm Criſo.
Vn̄ dies naſcit̃ inde ꝓcederet fidei initiū: qꝛ fides lu-
mē eſt aīaꝝ. Et ſm̄ bern̄. Merito ab oriēte veniūt q̄ ſo-

*Bernarꝺ*

lē iuſtitie nouū nob̄ ortū annūciāt: letiſq̄ꝫ rumoribꝰ to
tū mūdū illumināt. Venerūt aūt ſpecialit̃ de finibꝰ per
ſarū / medorū / ⁊ chaldeorū. vbi fluuius eſt ſaba: a q̄ ⁊ ſa-
bea regio illa dꝛ: iuxta quā ē arabia vbi magi reges fu-

*Arabie due.*

iſſe memorāt̃. Sūt aūt due arabie: vna cōtermina ⁊ vici
na iudee ⁊ reſpectu hierl'm ab oriēte: ꝺ q̄ vidētur magi
veniſſe. Alia cōtermina indie: diſtans a hierl'm q̄ſi vniꝰ
anni itinere: ⁊ de hac infra. xiij. dies nō poterāt venire.

*Remigiꝰ de ſubito aduentu.*

vn̄ Remigiꝰ. Sciēdū ē ꝙ aliq̄ ſolēt dicere ꝙ puer q̄ tūc
natꝰ ē in tā breui ſpacio tp̄is de vltimis finibꝰ t̃re eos
ad ſe ꝑducere potuit: vel ſi fuerūt ſucceſſores balaā: re
gio iſtoꝝ nō lōge diſtat a t̃ra ꝓmiſſiōis: iccirco ī tā bre-
ui ſpacio tp̄is hierl'm venire potuerūt. hec Remigius.
Factū eſt aūt vt viſa ſtella q̄cq̄d ꝑ eā ſignificabat̃ ſcti
ſpūs illuſtratione mox intelligeret̃. Chriſtū igit̃ deū et
hoīem in ſtella q̄rebāt: quē diuina inſpiratione ꝑ ſtellā

*Stella magis viſa ab aliiſ differt.*

ſignificari intelligebant. Iſta ſtella differebat ab alijs
multiplicit̃. Primo ī ſubſtātia: qꝛ aliaꝝ ſtellaꝝ materia
eſt materie celeſtis ⁊ q̄nte eſſentie: hec aūt de ſubſtātia
corruptibili fuit. Scꝺo quo ad eiꝰ p̄ricipiū effectiuū:
qꝛ alie ſtelle a deo ꝑ verbū create ſunt / nulla cooperāte
natura. ſed iſta miniſterio angeli a ꝟbo facta eſt. Tertio
in duratiōe: qꝛ alie a p̄ricipio mūdi ſūt cōdite: ⁊ in eter-
nū manebūt. iſta xp̄o nato creata ē / ⁊ poſtea eſſe deſinit
Quarto in ſitu. qꝛ alie ſūt in celo: iſta aūt nō fuit ſita ī fir
mamēto: ſed in aere nō lōge a t̃ra. Quito in magnitudīe
qꝛ ſm̄ ptholomeū q̄libet ſtellarū firmamēti viſibilis no
bis maior eſt tota terra: forte iſta nō fuit vltra quātitatē
duorū vel triū cubitoꝝ. Sexto in motu: qꝛ alie mouētur
circularit̃ ab oriēte in occidentē: hec aūt ferebat̃ motu
recto: ab ortu in meridiē. Septimo in ſtatu: alie mouen
tur motu cōtinuo ⁊ nū q̄ ſtāt: iſta aūt cū magis eūtibus
ibat / ⁊ cū ſtātibꝰ ⁊ quieſcētibus quieſcebat. Octauo in
viciſſitudine apparitionis ⁊ occultatiōis: cū enī intra-
uerūt hierl'm occultauit ſe: deinde vbi herodē relique-
rūt ſeipaꝫ mōſtrauit. Nono ī tp̄e: qꝛ alie lucēt ſolū de no
cte: hec vero in meridie ſole lucēte apparebat: quā lux

*Criſoſto.*

diurna nō impediebat. qꝛ ſm̄ Criſo. ipſos etiā ſolis ra-
dios ꝓprio fulgore ſuperabat. Decimo in ſignificatio-
ne: qꝛ alie ſignāt temporū et annoꝝ diſtictionē: iſta ve-
ro ſignificabat creatoris natiuitatē. Undecimo in effe
ctu: qꝛ alie hn̄t efficatiā certā ad trāſmutationē iſtoꝝ in
ferioꝝ: iſta aūt nullū habuit effectū niſi ꝙ notauit natū
ſaluatorē. Duodecimo ī miniſterio: cetera eī aſtra crea-
uit deꝰ in miniſteriū cūctis gentibꝰ: hec aūt ſtella in mi-
niſteriū ſolius xp̄i eſt edita. Tredecimo in ſingularita
te apparitionis: qꝛ quelibet ſtella apparet omibus qui
ſunt in hemiſperio eius: ſed iſta viſa eſt tantum tribus
magis. Quartodecimo in motore: qꝛ alie ſtelle non ha-
bent motores ꝓprios: iſta autē habuit motorē ꝓprium

*Magna facta hac die ecclīe*

ſcꝫ angelū q̄ natiuitatē xp̄i paſtoribus nunciauit. Mul
ta ⁊ magna hac die facta ſunt per dn̄m ieſum / ⁊ maxime
circa ipſam eccleſiam. Primum eſt quia ipſa hodie in
perſona magoꝝ ab eo in ſponſam eſt recepta: quia eſt ex
gētibus maxime cōgregata. Nā die natalis ſui in ꝑſo-
na paſtorū iudeis apparuit de qbꝰ nō niſi pauci verbū
dei receperunt. Hodie vero apparuit gentibꝰ q̄ eccleſi
am impleuerūt: qꝛ in ſtelle fulgore dei grā / ⁊ ī tribꝰ ma-
gis vocatio gentiū ꝓceſſit: ipſi enī magi primicie genti-
um fuerūt / ⁊ gentes in xp̄m credituras ſignauerūt. Vn̄
feſtū hodiernū ꝓprie eſt feſtū ecclīe ⁊ fideliū xp̄ianoꝝ.
Secūdū eſt: qꝛ ecclīa hodie ſancta eſt ab eo deſponſata:
⁊ eidē ꝑ baptiſmū vere cōiūcta: quē tali die anno ſuo.
xxx. recipere dignatus eſt. Et iō letāter cantat̃. Hodie
celeſti ſponſo iuncta eſt ecclīa: qm̄ in iordane lauit xp̄s
eiꝰ crimina. Nā in baptiſmo deſponſat̃ aīa xp̄o / q̄ virtu
tē ſumpſit a baptiſmo ſuo: ⁊ iō animaꝝ baptiſataꝝ ꝯgre
gatio vocat̃ ecclīa. Tertiū eſt: qꝛ tali die. ſ. anno reuolu
to poſt baptiſmū fecit ad nuptias primū miraculū qꝺ
etiā ad eccleſiā ⁊ ſpirituales nuptias adaptari poteſt:
ꝓut infra ſuo loco apparebit. His ergo vt cantat eccle
ſia tribꝰ miraculis ornatū ſctm̄ diē colimꝰ. Vn̄ vt dicit

*Maximꝰ de tribus apparitionibus.*

Maximꝰ ep̄us / ⁊ ī ātiq̄oribꝰ libris dies illa dꝛ plurali
ter dies epiphaniarū. i. pluriū illuſtrationum xp̄i: epi-
phanes enī illuſtrationē ſonat. Has tn̄ tres manifeſta-
tiones ꝓprijs q̄dē noībus diſtinguūt epiphaniā vocan-
tes eā: que per ſtellā facta eſt quaſi deſurſū facta: theo-
phaniā eā q̄ in baptiſmo quaſi a deo. i. a p̄re factā: beth-

*Beth domū ſonat*

phaniā eā que in nuptijs quaſi in domo factā: beth enī
domū ſonat. Recte q̄ꝫ tria hec in vno die acta nobis my
ſteria ꝑdicant̃: q̄ trinitatis ineffabilis archanū vno dei

*Origenes*

ſub noīe ꝯfitemur: hec Maximꝰ. Inſuꝑ ſm̄ Orige. etiā
hac die pauit quattuor milia hoīm de ſeptē panibus et
paucis piſciculis. Vides ita q̄ꝫ q̄ venerabilis eſt dies
iſta quā dn̄s elegit ad tot mirifica ⁊ magnifica faciēda.
Conſiderās ergo ecclīa tot magna bn̄ficia hodie ſibi a
ſpōſo exhibita grata exiſtere volēs exultat / iocūdatur /
⁊ iubilat / ac diē hāc magnifice ſolēnizat. Dicamꝰ ita q̄ꝫ
nūc de ꝑmo: qꝛ de alijs dicēdū erit ifra ordine ſuo [Cū
ergo] ſm̄ ꝓphetiā Michee [natus eſſet ieſus in bethleē
iude] q̄ eſt in tribu iuda: qꝺ dꝛ ad diſtictionē alterius
bethleē: q̄ ē in galilea ī tribu zabulō [in diebꝰ herodis re
gis]. ſ. anno regni ſui. xxx. per qꝺ oſtēdit̃ tēpꝰ prefinitū
xp̄i naſcētis: ꝓphetauerat enī p̄triarcha iacob illo tēꝑe
xp̄m naſcituꝝ q̄n deficeret ſceptrū ſiue rex ⁊ dux de po
pulis iudeoꝝ: ⁊ ꝺ impletū eſt in herode aſcalonita q̄ fu-
it idumeꝰ: ⁊ ꝑmꝰ regnauit alienigena [Ecce magi] ⁊ gē
tiles vniuerſā eccleſiā futurā ex gētibꝰ repreſentātes a
partibꝰ oriētalibꝰ [venerūt hieroſolimā] ciuitatē rigidā
ibidē de xp̄o nato inq̄rētes ⁊ dicētes [vbi eſt q̄ natus ē
rex iudeoꝝ] ecce ergo titulꝰ a magis hic nūciatꝰ a iude
is reprobatꝰ ibi: noli ſcribere rex iudeoꝝ: a ſcriptura cō
firmatꝰ ibi: qꝺ ſcripſi / ſcripſi [vidimꝰ enī in oriēte ſtellā
eiꝰ]. ſ. ꝓpriā: qꝛ hāc creauit ad ſui oſtenſionē [⁊ venimꝰ]
ꝑſonaliter [adorare] humiliter [eū] ſingulariter. Veni-

*Venerūt paſtores reges: et ſenes ad chriſtum.*

unt paſtores vt certificent̃ vt ſupra. Veniūt reges vt ve
nerent̃ / vt hic. Veniūt: ſenes / vt gratulent̃ vt ifra. Pri-
mū ꝑtinet ad ꝑlatos. Secūdū ad actiuos. Tertium ad
cōtēplatiuos. Primi vidēt ⁊ ꝑdicāt. Secūdi venerāt̃
⁊ adorāt. Tertij amplexant̃ ⁊ tenēt. Scꝺm quoſdā ma-
gi iudeā intrātibꝰ ſtella diſparuit / vt amittētes itineris
ducē: neceſſe haberēt recurrere ad ciuitatē regiā. ſ. hie-
ruſalē: ⁊ ibidē inq̄rere de rege nato. Scꝺm ꝟo alios cū
magi hierl'm ad querēdū de puero īgreſſi fuiſſent / ſtel-
le ducatū amiſerūt: qm̄ auxiliū hūanū req̄rētes iuſte ꝑ-
dere diuinū meruert̃: qꝛ recte diuio deſerunt̃ auxilio q̄
hūanū ꝑponunt diuino. Et pōt ſtella iſta illūinatio grē
intelligi: qꝛ dū boni a malis cōſiliū q̄rūt verā illumina-
tionē amittūt. ¶ Sed ſiue an̄ īgreſſū in hierl'm: ſiue poſt

*Stella cur diſparuerit.*

ingreſſum diſparuit: factū eſt hoc a deo ꝑl'ibꝰ de cauſis
Prima ꝓpt̃ ipſos magos: vt q̄ priꝰ fuerāt cōmoniti cele
ſti ſigno cōfirmarent̃ etiā dicto ꝓphetico ex doctorum
ibi reſidentiū reſponſo. Scꝺa ꝓpter xp̄m: vt eiꝰ natiui-
tas ī ciuitate regia publicaret̃: et ꝓphetia de loco nati-
uitat̄ xp̄i īpleta mōſtraret̃. Tertia vt ſtudio magoꝝ dā
naret̃ pigricia iudeoꝝ: qꝛ gētibꝰ ſollicite xp̄m q̄rentibꝰ
ipi in nullo moti ſūt ad q̄rēdū. Quarta vt iudei xp̄m nō
recipiētes: iexcuſabiles de aduētꝰ eiꝰ noticia remane-
rēt: cū magi iudeis tp̄s ⁊ iudei magis locum natiuitat̄
oñderēt: ꝑ ꝺ etiā figurabat̃ ꝙ fides xp̄i erat a gētibꝰ de-
uote recipiēda: ⁊ a iudeis ꝓ maiori parte in īfidelitate

*Magorū fides.*

remanētibꝰ refutanda. Iſti magi fixi fuerunt in timore
xp̄i et fide firmati: qꝛ non obſtāte ꝙ ſcirent iuxta edictū



imperiale: capitali ſentētia puniēdū eē q̄cū q̄ꝫ regē aliū
q̄ ſubiectū romano imperio noiaret: xp̄m tn̄ intrepidi

*Chryſoſtomus.*

ſunt cōfeſſi. vn̄ Chryſ. Sed nūq̄d neſciebāt ꝙ in hieru-
ſalē regnabat herodes? Nūq̄d nō intelligebāt: ꝙ q̄cū q̄ꝫ
rege viuēte alteꝝ regē ꝓnūciat aut adorat punit̃ in ſan-
guine? Sed dū cōſiderabāt regē futuꝝ non timebāt ꝑ-
ſentem: adhuc nō viderāt xp̄m: et iā parati erant mori ꝓ
xp̄o. O beati magi qui ante cōſpectū crudeliſſimi reḡ
ꝑuſ q̄ꝫ xp̄m viderēt / xp̄i facti ſūt ꝯfeſſores. hec Chryſ.
[Audiēs āt herodes rex] talia ꝺ puero nato [turbatꝰ ē]
timens ne regnaturꝰ eſſet ꝓ eo ſe tan q̄ꝫ alienigena de-

*Auguſtinus de timore herodis.*

ſtituto. vbi Aug. Quid erit tribunal iudicantis q̄n ſu-
perbos reges cuna terrebat infātis? Timeāt nūc reges
ad patr̄ dexterā iā ſedētē / quē rex impiꝰ timuit adhuc
matris vbera lābētem: ⁊ nō ſolū turbatus eſt ipſe / ſed [⁊
oīs hieroſolima cū illo] nouitate miraculi ꝑcuſſa: et fa-
uere volēs herodi quē timebant: qꝛ ſibi ſubiecta. Sepe
enī ꝑpl's plus eis iniuſte fauet quos crudeles ſuſtinet.
vn̄ rex iiuſtus oēs miniſtros habet īpios ⁊ adulatores.

*Chryſ.*

Turbat̃ ergo ſm̄ Chryſ. Oīs hieroſolima cū eo: vel cā
adulationis vl' timoris. Turbant̃ etiā ille ⁊ iſti quia de
aduētu iuſti nō pn̄t gaudere iiq̄. Vel accipiendo ꝺ ꝑtē
ꝓ toto / oīs hieroſolima ītelligit̃ illa ꝑs q̄ ſibi fauebat:
ſic cōiter dꝛ q̄n maiores ciuitatis aliq̄d faciunt: ꝙ tota
ciuitas illꝺ facit: ſic in ꝓpoſito: q̄ erāt ibidē maiores: et
in regalibꝰ officijs aſſiſtētes: illi cū rege turbati ſunt [⁊
cōgregās oēs p̄ricipes ſacerdotū ⁊ ſcribas ꝑpl'i] ſapiē-
tes iudeoꝝ [ſciſcitabat̃ ab eis vbi xp̄s naſceret̃.] Qꝛ enī
volebat xp̄m ꝑdere / iō ſtuduit de loco natiuitat̄ xp̄i di
ligent̃ inq̄rere ab illis q̄ ſcripturas ꝓphetaꝝ predictas
de xp̄o nouerāt: ⁊ genealogias deſcēdētes a dauid ſcie

*Auguſtinus de iudeis indicantibus chriſtum*

bāt. [At illi dixert̄ ei] ꝙ [in bethleē iude]. i. q̄ ſita eſt in
terra iuda ꝓut ſcribit̃ in michea. ſm̄ Aug. Iudei ī hoc
facto ꝙ docēt alios locū natiuitatis: ⁊ tn̄ ipſi nō vadūt
ſil'es ſunt fabricatoribꝰ arche noe: q̄ alijs vbi euaderēt
ꝑſtitert̄: ⁊ ipi diluuio perierūt. Sil'es etiā ſunt lapidibꝰ
miliariū q̄ alijs viā indicāt: nec ipſi ꝑ eā ambulāt: de q̄-
bus etiā dicit ibidē Aug. ꝙ oſtēſo alijs vite fonte ipi ſūt
mortui ſiccitate. Per ſcribas aūt ⁊ ſacerdotes q̄ locum
natiuitatis xp̄i ⁊ ꝓphetia declarauerunt: ⁊ tn̄ ip̄m xp̄m
nō adorauerūt: ſed magis ꝑſecuti ſūt: ſignant̃ doctores
bone doctrine ſed male vite: q̄ quē ꝑdicāt ſana doctrīa:
ꝑſequunt̃ mala vita. [Tūc herodes clā] ⁊ occulte [voca
tis] ad ſe [maḡ: didicit ab eis tp̄s ſtelle q̄ apparuit eis]
Cognito enī loco natiuitatis xp̄i ex iudeoꝝ reſpōſis: vo
luit ſcire tp̄s natiuitatis ab ipſis magis: vt ſi ad ipſum
redirēt ex tp̄is ⁊ loci cognitiōe poſſet xp̄m interficere: ⁊
cū eſſet alienigena nō ꝯfidebat de iudeis: ⁊ ideo voluit
cōſiliū ſuum latere eos [⁊ mittēs illos in bethleē dixit]
eos doloſe ⁊ volēs decipiēdo. [Ite ⁊ interrogate dili-
gēter de puero] nato [⁊ cū inueneritis renunciate mihi:
vt ⁊ ego veniēs adorē eū] ſpōdet falſum obſequiū vt fa-
ciliꝰ eos decipiat: ⁊ ad redeundū ꝑ ip̄m inducat. Falſa

*Chryſoſtomꝰ ꝺ ꝑfidis.*

q̄ppe fuit herodis ꝓmiſſio: qꝛ ſm̄ Chryſ. Deuotionē ꝓ-
mittebat: ſꝫ gladiū acuebat ⁊ maliciā cordis ſui humili
tatis colore depingebat: talis ē ꝯſuetudo oīm maligno
rū q̄n aliquē in occulto grauiꝰ ledere volūt humilitatē

*Rabanꝰ.*

illi ⁊ amicitiā fingūt: ⁊ ſm̄ Raba. Finxit herodes: tā vul
tu q̄ꝫ verbis ſe adorare eū velle: quē inuida cogitatiōe
tractabat occidere: ⁊ hoc vt vel ad ip̄m magi alacriꝰ re-
dirēt: ⁊ ne iudei quoꝝ rex erat futurꝰ ab eo ip̄m abſcon-
derēt: cuiꝰ ꝑſonā oēs hypocrite tenent: q̄ dū ficte deū q̄-
rūt iuenire illū nū q̄ꝫ merent̃. Et ſic herodes ſub ſpē re-
ligiōis voluit occidere xp̄m: ſic hypocrite q̄tū in eis ē

*Heb. vj.*

occidūt eū ſm̄ illꝺ apl'i. Rurſū crucifigētes ſibimetip-
ſis filiū dei: nam ſm̄ Greg. Simulata ſctitas eſt duplex

*Chryſoſtomꝰ ꝺ īdigne cōicantibus*

iniq̄tas. ſm̄ Chryſ. Herodi ſil'es eē ꝓbant̃ q̄ ſacra com
munione myſterij īdigne abutūtur. Adorare q̄ppe ſe fin
gūt: ⁊ eū q̄tū in ipis ē infimūt. Iuxta illꝺ apl'i. Qui mā

*j. Cori. xj.*

ducat ⁊ bibit indigne reꝰ erit corporis ⁊ ſanguinis dn̄i
[cū aūt magi audiſſēt regē] herodē: nihil mali ſuſpicā-
tes [abiert̄] recedētes. ſ. de hieruſalē vt irēt ꝟſus beth-
leē edocti de ꝺ ꝑ ꝓphetiā. [Et] cū hierl'm egreſſi fuiſſēt
[ecce ſtella quā viderāt in oriēte] que diſparuerat: iteꝝ
eis apparuit: qꝛ auxiliū deſerētes hūanū: meruerūt re-
cuꝑare diuinum. In ipſo aūt loco q̄ eis apparuit ſtella
facta eſt in memoriā huiꝰ ecclīs. Deinde [antecedebat
eos] ⁊ viam oſtendebat [vſ q̄ꝫ dum veniens ſtaret ſupra]
locū: ⁊ vicina domui [vbi puer erat] Stabat q̄ſi ſupra ca
put pueri: vt q̄ſi innueret ⁊ diceret: ꝺ eſt q̄ natus eſt rex
quē teſtabar: vt quē loquēdo mōſtrare nō poterat: teſtā

*Stella vbi viſa ē ſtare*

do mōſtraret. Et ſic ſtella duce cū magno gaudio ad tu-
guriū: in quo dn̄s ieſus natꝰ eſt ꝑuenerūt. Ambiguū eſt
qꝺ iſtoꝝ fuerit. ſ. an magi in oriente poſiti viderūt ſtellā
ſuꝑ iudeā exiſtentē īmobilē: vel viderint ſtellā in oriēte
exiſtere: q̄ eos perduxit in iudeā. Potuit enī naſci ī oriē
te: ⁊ eos ꝑcedēdo ī hieruſalē ꝑducere: ⁊ ſentit. Chryſ. ⁊

*Fulgen.*

tenet̃ cōius. Fulgentiꝰ tn̄ videt̃ velle ꝙ eā ꝑmo viderīt
īmobilē ſuꝑ iudeā que dedit eis ſignū veniēdi in iudeā:
qui hieruſalē tan q̄ꝫ caput iudee adierūt: ⁊ ipis egreſſis
tūc motu notabili eos ꝑceſſit: q̄ ꝑacto officio ſuo in ꝑia-
centē materiā reuerſa eſt [Et intrātes domū] magi. ſ. di
uerſoriū [iuenerūt puerū cū maria matre eiꝰ] forte tunc
ſedente ⁊ tenēte ſuꝑ genua puerū: ⁊ valde gauiſi ſunt: qꝛ
a deſiderio ſuo fraudati nō ſunt: nec inaniter laboraue-

*Chryſo.*

rūt. vn̄ Chryſ. Propterea gratulati ſūt: qm̄ qꝺ queſitū
eſt deſideratū q̄ꝫ repererāt: qm̄ effecti fuerāt nūcij veri-
tatis: ⁊ qꝛ nō fruſtra tā lōge vie ꝯfecerūt ſpacia: tam ar-
dēti q̄ppe erga xp̄m cupiditate flagrabāt. Felix maria:
nā ieſus ſine maria nō naſcit̃: qꝛ ipſa miniſtra īcarnatio
nis ſine maria nō inuenit̃: qꝛ ipſa famula educatiōis: ſi-
ne maria nō crucifigit̃: qꝛ ipſa ſocia paſſionis. Ioſeph āt

*Ioſeph cur tacet̃.*

(ſm̄ Chry.) iccirco tacet̃: qꝛ nullū ꝺ officijs ad nutriciū
ꝑtinentibꝰ cōmemorat̃. Vel ſm̄ hylariū ⁊ raba. Diuina

*Hylariꝰ*

diſpēſatiōe actū eſt vt illa hora abſens eſſet: ne p̄r eius

*Adoratio magorū.*

crederet̃: vel aliqua ſuſpitiōis occaſio daret̃ gentibꝰ ꝙ
deꝰ nō eſſet: qui ꝑmitias ſuas ſtati nato ſaluatore ad eum
adorādū miſerūt. Ingreſſi ita q̄ꝫ [ꝓcidētes] tā mente q̄ꝫ
corpore genua flectūt puero ieſu humiliter: ⁊ adorāt in
carne deū verū adoratione. ſ. latrie reuerēter. Honorāt
vt regē: et adorant vt deū: vidēt enī hoīem ⁊ agnoſcunt
deū: ꝓcidūt in ſignū humilitatis ſine q̄ nullus vere ado-
rat: qꝛ oīs adorator omnē faſtū ⁊ cōfidentiā ſui depone-
re debet: vt quā corꝑe deiectionē prefert in oculis dei
aīo gerat: cōtriti q̄ꝫ cordis ⁊ humiliati victimā offerens
deo ſe curādū cōmittat. Quāta tūc exultatio tibi fuit: o
virgo beatiſſima quis cogitare valeat: q̄n eū quē nuꝑ ge

*Magorū fides.*

nueras iā q̄ſi deū adorare videbas? O q̄ magna fuit ho
rū magorū fides. Quid enī erat credere ꝙ ille puerulꝰ
ſic viliter īdutus cū pauꝑcula matre: ⁊ ī loco ſic abiecto
ſine ſocietate: ſine familia: ſine omi ornatu inuentꝰ eſſet
rex ⁊ verus deꝰ. Et tn̄ vtrū q̄ꝫ crediderūt. Paruulū enī
non adoraſſent ⁊ honoraſſent ſi ꝑuulū tantūmodo cre-
didiſſēt. Tales duces: ⁊ talia ꝑmitiua nos habere opor
tebat: ex quo patet ꝙ cognouerunt xp̄i diuinitatē per di-
uinā reuelationē. Cū enī viderēt puerū pānis vilibꝰ in-
uolutū in gremio pauꝑis matris poſitū: nullū regie di-
gnitatis habentē ſignū: nō eſt veriſimile ꝙ talē reueren-
tiā ei exhibuiſſēt: niſi in eo aliq̄d ſupra hoīem cognouiſ

*Bernar.*

ſent. vn̄ Ber. Adorāt magi ⁊ offerūt mūera adhuc lactē
ti matris vbera. Sed vbi eſt o magi vbi eſt purpura re-

*Canti. iij*

gis huiꝰ? Nunq̄d viles pāni iſti q̄bus eſt inuolutꝰ? ſi rex
eſt dyadema vbi eſt? ſed vos eū vere videtis in dyade-
mate quo coronauit eū mater ſua: in ſacco noſtre morta

*pſ. xxix.*

litat̄ de quo cōſurgēs ait. Cōſcidiſti ſaccū meū ⁊ circū
dediſti me leticia: ⁊ iterū. Sed vn̄ vobis hoc o alienige
ne: vt a vobis adoret̃ xp̄s? Ne q̄ꝫ enī in iſrael tantā fidē ī
uenimus. Sic vos non offendit vilis habitatio ſtabuli:
nō pauperes cune ꝑſepij. Nō vos pauperis m̄ris ꝑſen-
tia: nō lactentis ſcādalizat infantia: q̄d facitis magi: q̄d
facitis? Lactentē puerū adoratis in tugurio vili in vili
bus pānis. Ergone deꝰ eſt iſte? Deꝰ certe in tēplo ſctō
ſuo: deꝰ in celo ſedes eiꝰ: et vos eū queritis in vili ſtabu
lo in matris gremio. Quid facitis ꝙ ⁊ aurū offertis? er-
go rex eſt ipſe: et vbi aula regia vbi thronꝰ: vbi curie re-
galis frequentia? Nūquid aula eſt ſtabulū: thronꝰ ꝑſe-
piū: curie frequētia ioſeph ⁊ maria. Quō ita inſipiētes
facti ſunt viri ſapiētes / vt adorēt paruulū deſpicabilē:
tā ſua etate q̄ paupṫate ſuoꝝ? Inſipientes facti ſunt: vt
fierēt ſapientes: ⁊ ꝑdocuit eos ſpūs qꝺ poſtea ꝑdicauit

*j. Coꝝ. iij*

apl's. q̄ vult eſſe ſapiēs / fiat ſtultꝰ vt ſapiēs ſit. Nōne ti-
mendū erat fratres ne ſcādalizarent̃ viri iſti: ⁊ illuſos
ſe crederēt cū tāta īdigna viderēt? A regia ciuitate vbi
regē q̄rendū cōiectabant̃: ad bethleē villā paruulā diri
gunt̃. Ingrediūtur ī ſtabulū: īueniūt īuolutū pānis in
fantulū. Nō illis ſordet ſtabulū: nō offendunt̃ pānis: nō



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſcādalizanť lactētis infantia ꝓcidūt ante eū: venerant vt regē: adorāt vt deū. Sed ꝑfecto q̄ illos adduxit ipſe ⁊ inſtruxit: ⁊ q̄ per ſtellā foris ammonuit ipſe in occulto

Auguſti.

cordis intus edocuit. hec Ber. vñ ⁊ Aug. Non ſub pollice cella regalis: nō de mēbris purpura: nō in capite dyadema fulgebat: nō pompa famulantiū: nō terror exercitus: nō glorioſior fama ꝓlioꝝ: hos ad eū viros ex remotis cū tāto voto ſupplices attraxerat. Jacebat ī ꝓſepio puer ortu recens: exiguus corpore: ꝯtēptibilis paupertate. Sed magnū aliqd latebat in puero qđ illi hoīes non terra portante: ſed celo narrāte didicerāt. Vñ et Chry.

Chryſoſtomꝰ de maria humili ornatu.

[Et intrātes domū inuenerūt puerū cum maria matre eiꝰ] Matre inqȝ eiꝰ nō dyademate coronata: nō auro refulgēte: aut in lecto aureo recūbente: ſed vix tunicā vnā habēte: nō ad ornamentū corporis: ſed ad tegumentum nuditatꝭ qualē habere poterat carpētarij vxor peregre conſtituta. Si ergo regē terrenū querētes veniſſent magis fuiſſent ꝯfuſi q̄ȝ gauiſi: qꝛ tāti itineris laborē ſine cā ſuſcepiſſent. Nūc aūt qꝛ celeſtē regē querebāt: ⁊ ſi nihil regale videbāt in eo: tñ ſoliꝰ ſtelle teſtimonio ꝯtenti gaudebant oculi eoꝝ contēptibilē puerū aſpicere: qꝛ ſpūs in corde eoꝝ terribilē eū mōſtrabat. vnde et Leo papa.

Leo papa de virtute hūilitatis.

Nec īmerito cū tres adorandū puerū: noui ſyderis claritas deduxiſſet: non eū imꝑantē demonibꝰ: nō mortuos ſuſcitantē: non cecis viſum: aut claudis greſſum: aut mutis eloquiū reformātē: vel ī aliq̄ diuinaꝝ ṽtutū actione viderūt: ſed puerū ſilentē: quietū ſub mrīs ſollicitudine conſtitutū. Jn quo nullū quidē apparet de ꝑtāte ſignū: ſed magnū prebeť de humilitate miraculū. Tota enī vita ſaluatoris q̄ et dyabolū ſuꝑauit et mundū: humilitate eſt ꝯcepta: hūilitate eſt cōfecta. Diſpoſitos dies ſub ꝑſecutiōe finiuit. Nec puero tolerātia paſſionis: nec paſſuro defuit māſuctudo puerilis. vñ tota xp̄iane ſapiētie diſciplina nō in abūdātia verbi: nō in aſtutia diſputādi: neqȝ in appetitu laudis ⁊ glorie: ſed in vera ⁊ voluntaria humilitate cōſiſtit: quā dñs ieſus ab vtero matris vſqȝ ad ſuppliciū crucis ꝓ oī fortitudine: ⁊ elegit ⁊ docuit. hec Leo. Vt ergo poſſis ⁊ tu dyabolū et mundū vincere: coneris ꝓ viribꝰ humilitatis ac patiētie virtutes exēplo chriſti ſeruare: qꝛ his munitꝰ poteris faciliť aduerſarios ⁊ inimicos tā viſibiles q̄ȝ inuiſibiles ſuꝑare. ¶ Et magi inuēto puero aperuerūt theſauros ſuos: in quo moraliter īformamur: vt theſauros noſtros ī via nō pandamꝰ: donec ꝑteritis hoſtibꝰ ſoli deo ex occultis cordiū offeramꝰ. Et [obtulerūt] ſinglī puero ieſu [aurū thus ⁊ mirrhā] Traditio fuit antiquoꝝ: vt nullꝰ ad deū

Munerꝭ offerendi traditio.

vel ad regē veniret vacuꝰ ⁊ ſine muneribꝰ. Arabes aūt auro et diuerſis generibꝰ aromatū abūdant: ⁊ talia munera offerre cōſueuerunt: ⁊ iō magi iſta obtulerūt. Et lȝ morē ſue gētis in donis offerēdis ſequerenť: hoc tñ diuina inſpiratiōe eſt factū: vt aliqđ myſterij muneribꝰ demōſtrarēt: ⁊ fidē ſuā myſticꝭ rebꝰ ꝓfiterēť. Tū. ſ. trinitatis fidē ⁊ myſteriū reuelātes: ⁊ ī xp̄o trinitatē adorātes Tū eū regē ⁊ dñm deū: ſed mortalē ſignificātes. Et xp̄i regiā ꝑtātē: ac diuinā maieſtatē ⁊ humanā mortalitatē

Tria in xp̄o cognita a magꭗ

venerātes. Hec enī tria magi de xp̄o cognouerūt vt ſupra dixerūt: vbi eſt q̄ natus eſt: ecce hūanitas. rex iudeorū: ecce regia poteſtas: venimꝰ adorare eū: ecce diuinitas. Significať enī ī xp̄o regia poteſtas per aurū: qđ regi ſoluiť in tributū: nam aurū ꝓpter ſui nobilitatē munus eſt regale: et iō oſtēdit puerū regē eſſe ⁊ ſe illud decere. Signať vero diuina maieſtas per thus: qđ deo offerť in ſacrificiū: et iō oſtēdit puerū eſſe deū: quod etiaȝ erat oblatio ſacerdotalis: et puer ille erat ſacerdos / cui nullus vnq̄ȝ fuit eq̄lis. Signať quoqȝ hūana mortalitas ꝑ mirrhā: qua cōdiri ſolēt corpora mortuoꝝ: ⁊ xp̄s rex et

Auguſti.

ſacerdos voluit mori ꝓ ſalute oīm. vñ Aug. Aurū ergo ſoluiť q̄ſi regi magno: thus immolať vt deo: mirrha ꝓbetur tanq̄ȝ ꝓ ſalute oīm morituro. Vnuſq̄ſqȝ aūt eoꝝ predicta tria obtulit: qꝛ (vt dictū eſt) myſterio cōgruit. Nullus enī vere xp̄ianꝰ diciť q̄ nō xp̄m ⁊ deū et regē et paſſū cōfiteať: qđ illis tribꝰ muneribꝰ ſignificať. vñ Remigi.

Remigiꝰ ꝙ ſinguli tria obtulerunt.

Jſti magi nō ſinguli ſingula obtulerūt: ſed ſinguli tria: et ſinguli eū ſuis muneribꝰ regē deum ⁊ hominē predicauerūt. hec Remig. Hos oīs vere chriſtianꝰ imitať: q̄ xp̄m verū deū regē et paſſum cōfitetur. Offeramus ergo ei aurū: vt eum omniū regē eſſe et vbiqȝ regnare credamus: thus vt deū verum et creatorē omniū eſſe cōfiteamur: mirrhā vt ſic illū deū eſſe credamꝰ quē hominē: et mortalē ꝓpter nos factū eſſe nō dubitemꝰ. Oīa enī hec ſancta fides veraciter chriſto offerre nō deſinit: dū vnū eundēqȝ deum verū: verumqȝ hominē credit: et vere ꝓ nobis mortuū veraciter recognoſcit. Habemꝰ itaqȝ ſm

Hylariꝰ.

Hylariū in his nō modicā ſacramentorum cognitionē: in hoīe mortis: in deo reſurrectiōis: in rege iudicij. Et ego dñe ieſu in extremo veſtigio ſeruoꝝ tuorū: adoro te ſedentē in gloria dei patris vbiqȝ regnantē: et offero tibi ſplēdorē fidei: qua te credo regē omniū ſeculorū: deū de deo ⁊ hominē de ṽgine: mortuū ꝓ peccatis noſtris. ſm Berñ. Obtulerunt auri preciū ob pauꝑtatem: ſcȝ ad

Bernardus đ munerū ratione.

pauperis matris ⁊ filij ſuſtētationē: thuris ad ornamētū ob ſordidā ſtabuli manſionē: ⁊ cōtra loci fetorē: mirrhe vnguentū ob infantuli (vt aſſolet) corporis teneritudinē: ⁊ debiliū membrorū pueri cōſolidationē. Quia ergo obtulimꝰ chriſto ſua / offeramꝰ ei et noſtra. Qꝛ enī regē / ⁊ deū / et hominē eū eſſe credimꝰ ſuū eſt: noſtra vero ſunt q̄ nobis a deo donata ſunt. Sūt enī in nobis tria

Munera dei in nobis deo grata et offerēda.

munera deo placētia: et hec offeramꝰ. Primū eſt aīa noſtra q̄ notať per aurū: qꝛ ſicut auro nihil eſt nobiliꝰ vel ꝓcioſius aut pulchriꝰ: ſic nihil nobiliꝰ vel precioſius aut pulchriꝰ q̄ȝ aīa corā deo reputať. Scđm eſt corpus noſtrū qđ per mirrhā deſignať: mirrha enī eſt amara / ⁊ corpus eſt amaricandū per caſtigatiōes et paſſiones. Tertiū eſt cōuerſatio ſancta ⁊ hōeſta in vtroqȝ. ſ. in corpore et aīa: et hoc deſignať in thure: thus autē nō redolet niſi ī igne cremeť: ſic ꝯuerſatio noſtra nō reddit odorē deo / niſi cremeť igne tribulationis. Debemꝰ etiā offerre xp̄o aurū dilectiōis: eo ꝙ pro noſtra ſalute ſubijt penā paſſionis: ac thꝰ deuote laudis ꝑ gratiarū actionē: et mirrhā cōpaſſiōis per mortis eiꝰ recordationē: habet etiā eccleſia moraliter aurū in ꝑfecta ſapiētia ⁊ doctrina ac recta fide: thus in deuota orōne vel bona cogitatiōe: ac ſancta ac bñ deo redolentē cōuerſatione: mirrhā in penitentie amaritudine ⁊ carnis mortificatiōe ac bona operatiōe: Aurū ergo offerūt doctores: thus martyres ⁊ ꝯfeſſores: mirrhā iā penitētes pctōres. Oīs enī oblatio in his tribus muneribꝰ ꝯtineť. Talia ergo munera magi obtulerūt: in q̄bus et fidei veritatē ⁊ totā eccleſiaſticā diſciplinam ſignificauerūt. Sꝫm Berñ. Aurū offerimus ſalua-

Bernarđ

tori: cū pro noīe ipſius ex integro derelinquimꝰ ſubſtātiam huius mūdi. Jam vero neceſſe eſt vt qui terrena cōtempſimꝰ flagranti deſiderio celeſtia requiramus. Sic enim offerimus thuris odoramentum quo nimirū deſignantur orationes ſanctorū. Oportet etiam: nō ſolū vt preſens ſeculū contēnas / ſed et carnē ipſam caſtiges: ac ſeruituti ſubijcias. Duas igiť alas habeat oratio vt contēptum mūdi ⁊ afflictionē cordis: nec dubiū quin celos penetret: et in cōſpectu dei ſicut incēſum dirigať: in qua cū auro ⁊ thure mirrha quoqȝ ei offertur. hec Ber. Sic

Munera magorū triū tria de tribus

ergo magi chriſtū honorauerunt de ſubſtātia triplici. ſ. corporali / qꝛ ꝓciderūt. Spirituali / qꝛ adorauerunt. Tēporali / qꝛ mūera obtulerūt. Plus quippe nō habet hō: niſi corpus animā ⁊ tēporalia. Bene aūt tres magi fuiſſe dicūtur: quia qui ad fidē veniunt indiuiduā trinitatē cōfiteri debent: ſiue quia qui deū adorant tres principales virtutes. ſ. fidem / ſpem / ⁊ charitatē debent habere: ſiue quia q̄ deū videre deſiderant cogitationē / locutionē ⁊ operationē / ſeu memoriā / intellectū et voluntatē debent a malis obſeruare: et in bonis occupare. Unde ſm

Gregoriꝰ qui reges Jſidorꝰ de eodē.

Greg. Sācti viri bñ reges vocanť: qꝛ cūctis motibꝰ carnis non conſentiendo ſuccūbere: ſed bene regendo: preeſſe nouerunt. Et ſm. Jſido. Reges a recte regendo vocantur: et ideo recte faciendo regis nomē tenetur peccando amittitur: et hi veniunt et recedunt ab oriente. per quod intelligitur proſperitas humana q̄ eſt triplex. ſcilicȝ diuitiarum / delitiarū / et honorum. Per ſtellā autem que magis apparuit: ſignificari poteſt virgo maria:

Maria ē ſtella moraliter.

que īterpretať maris ſtella. Hec autē ſtella apparet magis ſeu regibꝰ condeſcēdendo ſibi deuotis ſe bene regētibus: et eos per huius mūdi mare turbulentū nauigātes: dirigit ad portum ſalutis qui eſt chriſtus: et ipſum inuenientes: venerantur munera ei offerētes: ſcilicet aurū charitatis: et thus deuote orationis: ac mirrhā mortificationis carnis. Eodem autē die cū chriſtus in iudea

Apparitio xp̄i in oriēte.

eſſet natus: ortus eius magis in oriente eſt nunciatus. Videbant nāqȝ ſtellam nouam in qua puer apparebat.



ſupra cuius caput crux aurea ſplendebat: audierūt vocē ſibi dicentē. Jte in iudeā ⁊ inuenietꝭ ibi natū nouum regem. Jgitur in iudeā feſtinauerūt: ⁊ audacter eā ītrā-

Figure. ij. Regū. xxiij

tes: regi celi nato munera obtulerunt. Hi ergo tres magi per tres robuſtos prefigurati fuerunt qui regi dauid aquā de ciſterna bethleē attulerūt. Tres robuſti exercitū inimicoꝝ nō timētes: ſed viriliter caſtra eoꝝ tranſeūtes aquā hauſerūt: ſic tres magi potētiā herodis nō formidātes / ſed audacter iudeā intrātes denouo rege interrogauerunt. Tres robuſti perrexerunt bethleē ꝓ ꝓ aqua ciſterne: quam hauſerť de ciſterna terreſtri: tres magi venerūt bethleē ꝓ aqua gratie eterne quā ſuſceperunt de pincerna celeſti. Figurabat ergo illa bethleemitica ciſterna ꝙ in bethleem naſciturꝰ erat celeſtis pīcerna: qui ꝓpiaret aquā gratie oī ſitienti: ⁊ daret aquā vite non habenti. ¶ Figura huius noui regis ⁊ huius noue oblationis: ꝓmonſtrata fuit in regno ſalomonis. Salomon reſidebat in throno de ebore candidiſſimo: q̄ veſtitus erat auro puriſſimo. Uniuerſi reges terre regem ſalomonem videre cupiebant: ⁊ ei munera preccioſiſſima

iij. Reg. x

apportabant. Sed et regina ſaba talia ⁊ tāta munera ei offere bat: quāta ⁊ qualia ī hieruſalē viſa nō erāt. Thro-

Thronꝰ ſalomōis eſt beata virgo. Caſtitas longa.

nus vero ſalomōis eſt beata virgo maria in quo reſidebat ieſus chriſtus vera ſapientia: hic thronus factus eſt de ebore candido ⁊ auro puro: ebur ꝓpter ſui candorē ⁊ frigiditatem deſignat ṽginalis mundicie caſtitatē: ſed ebur antiquum in ruborem vertiť: ſic lōga caſtitas martyrū reputatur. Aurū qꝛ in valore precellit oīe metallum: ſignificat charitatē q̄ eſt mr̄ oīm virtutū. Maria ergo đr eburnea ꝓpter virginalē caſtitatē: ⁊ auro veſtita propter perfectiſſimam charitatem: ⁊ pulchre virginitati coniungitur charitas: qꝛ ſine charitate coram deo nihil reputatur virginitas. Thronꝰ ſalomonis ſuꝑ ſex gradus erat exaltatꝰ ⁊ maria ſuꝑexcellit beatorum ſex ſtatus. ſ. patriarcharū / ꝓphetaꝝ / apoſtoloꝝ / martyꝝ / confeſſorū / ⁊ virginū. Duodecī leūculi ſuꝑ ſex gradus thronū exornabāt: qꝛ duodecī apl̄i marie tanq̄ȝ regie celi miniſtrabant: vel qꝛ duodecī patriarche progenitores marie erant. Summitas throni erat rotunda: qꝛ maria erat ſine angulo ſordiū ⁊ tota munda. Due manus ſedile hincinde tenebant: qꝛ pr̄ et ſpiritus a matre filij nūq̄ȝ

Magorū reuerſio.

recedebant. ¶ Tādē magi reuerenter ac deuote pedes pueri deoſculati ſunt: ⁊ adorato dño / omniqȝ obſeq̄o pacto: ⁊ deuotione cōpleta; ac benedictione accepta inclinātes ſe cū magno gaudio receſſerunt: qui cū de reditu deliberaſſent reſponſum acceperunt in ſomnis ꝑ diuinā reuelationē ne ad herodē redirent: qꝛ cognita ṽitate non licet retroire. Per hoc etiā admonemur ꝙ cum malis hoībus ſocietatē aliquam nō contrahamus: ⁊ cogni-

Seneca de cōſilio mutādo.

tos errores vitemus. Vñ Seneca. Nō eſt leuitas a cognito errore diſcedere: nō eſt turpe cum re mutare conſilium: qꝛ ergo intus in conſcientia querebant quid vellet diuina voluntas de reuerſione ad herodem: ſicut eī moyſes tacens clamabat: ſic iſti pio affectu interrogabant quid diuina volūtas iuberet: ideo dei meruerunt reſponſionē. ſ. internā vel angeli myniſterio factā: et de-

Naues tharſeñ.

ſcendentes ad mare per nauem tranſfretantes: ī tharſis ſicilie abierūt: ⁊ ſic ꝑ aliā viam in regionem ſuam redierunt: qꝛ ſm Hiero. infidelitati miſcendi nō erāt iudeoꝝ propter qđ factum herodes iratus poſtea naues thar-

pſ. xlvij. Chryſ. đ fide magorum.

ſenſiū incendit ſm ꝓphetiā dauid. Jn ſpiritu vehemēti conteres naues tharſis. Vñ Chryſ. Jntuere aūt magorū fidē qualiter nō ſcādalizati ſunt in ſeipſis dicētes Si magnꝰ eſt puer hic: que neceſſitas fuge ⁊ occulte receſſionis? Hoc enī eſt vere fidei / nō querere cauſas eoꝝ

Vie mutande rō.

que vere ꝑcipiunť: ſed ſuaderi ſolū ab eis. hec Chryſo. Jn hoc ergo forma dať credentibꝰ: vt deuoti ad deū venient: ⁊ in omnibꝰ operibꝰ ſuis quid iubeat attendāt: ſcȝ ne ad dyabolum redeant: ſed per chriſtum qui ē via: veritas et vita: et per ſemitas virtutum ad patriā reuertātur. Hic itaqȝ admonemur omnē ſalutē et ſpē in xp̄o locare: ⁊ ab itinere prioris vite abſtinere: ⁊ ꝑ aliđ iter īce-

Auguſti.

dere. Vñ Aug. Non qua venimus via redeamus: nec ꝑoris noſtre cōuerſationis veſtigia repetamus: via muta-

Grego.

ta eſt. Vñ Greg. Magnū vero nobis aliquid magi inuunt: ꝙ in regionē ſuā per viā aliam reuertūtur: regio q̄ppe noſtra paradiſus eſt: ad quā ieſu cognito redire per viam qua venimus probibemur. A regione etenim noſtra ſuꝑbiēdo / inobediēdo: viſibilia ſequēdo: cibū vetitū guſtando diſceſſimꝰ: ſed ad eā neceſſe eſt vt flēdo: obediēdo: viſibilia contēnendo: atqȝ appetitū carnis refrenādo redeamus. Per aliā ergo viam in regionē noſtrā regredimur: qm̄ qui a paradiſi gaudijs per delectamēta diſceſſimus: ad hec per lamēta reuocamur. hec Greg. Ad hoc etiā ſignificandū ꝙ per aliā viam in regionē no-

Proceſſio pape.

ſtram redire debeamꝰ: Dñs papa in ꝓceſſionibꝰ redit ꝑ aliā viam ab ea per quā eſt egreſſus. Magi vero reuerſi ſtudioſe plus q̄ȝ priꝰ deū colētes glorificauerūt ⁊ predicātes multos erudierūt. Pie aūt credi pōt ꝙ dña pau-

Aurū marie datū.

pertatis amatrix zelās fortiter ꝓ pauꝑtate: ⁊ intelligēs filij ſui volūtatē totū aurū īfra paucos dies pauperibꝰ erogauit. Vñ quādo ītrauit tēplū nō habuit de q̄ agnū emeret quē offerret pro filio: ſed emit turtures vel colūbas / q̄ erat pauperū oblatio. Vides hec ꝓconia paupta-

Pauptatis ꝓcōia.

tis in duobꝰ. Primo: qꝛ hodie puer ieſus elemoſinā accepit vt pauꝑ: et mater ſua ſil̄r. Scđo: qꝛ nō ſolū nō procurabat acq̄rere: ſed etiā q̄ dabanť nolebat retinere. Jncreſcebat deſideriū pauꝑtatis: ſi aūt bñ attēdiſti: ⁊ ꝓfūditas creuit hūilitatis. Sūt etiā qui ſe viles ⁊ abiectos

Hūilitatis īdicia

in aīo ſuo reputāt: et in oculis ſuis nō extollunť: ſed ſic eſſe nolūt in oculis alioꝝ. Nō ſic puer ieſus dñs omniū. Etiā alijs ſuos defectꝰ et vilia patere voluit: ⁊ nō ꝑuis et paucis: ſed regibꝰ et eoꝝ ſocijs quos in comitatu ſuo adduxerant: et in tali caſu et tp̄e in quo multū timendū erat. Nā cū illi venirēt vt regē iudeoꝝ quē etiā deū eſſe credebāt / īuenirēt: dubitare poterāt: ne talibꝰ de ipſo viſis reputantes ſe deluſos ſine fide et deuotiōe recederēt. Sed nec ꝓpterea dimiſit hūilitatis amator: dās nobis exēplū: ne ſub ſpecie alicuiꝰ apparētis boni recedamus ab humilitate: et ꝙ diſcamꝰ etiā in alioꝝ oculis viles et abiecti velle apparere. Expeditis igiť magis: et verſus patriā ſuā regreſſis: adhuc ſtat domina mūdi cū puero ſuo ieſu: et nutricio eiꝰ ioſeph apđ ꝓſepe in illo locello patiēter ⁊ hūiliter vſqȝ ad quadrageſimū diē: ac ſi queuis mulier alia de ꝑplo: ⁊ puer ieſus hō purꝰ eſſet: ⁊ ipſi legis obſeruatiōe indigerēt. Stabat igiť dña vigi-

Marie in filiū cura ⁊ amor.

lans: et attēta ſuꝑ dilecti filij ſui cuſtodia. O cū quanta ſollicitudine ⁊ diligētia ip̄m gubernabat: ne vel ī minimo defectū haberet. Cū quāta etiā reuerētia cautela et pio timore ip̄m cōtrectabat: quē ſuū deū et dñm eſſe ſciebat. Flexis quidē genibꝰ accipiebat ip̄m de cunis ⁊ reponebat ī eis. Cū quāta etiā iocūditate / cōfidētia ⁊ auctoritate materna ip̄m amplectebať: oſculabať: ſtringebat dulciter: et in eo delectabať: quē filiū ſuū eſſe cernebat et certiſſime ſciebat. O q̄ ſepe q̄ȝ curioſe et prudēter tenella mēbra ipſiꝰ faſciās componebat: ſicut enī fuit humillima: ſic fuit et prudētiſſima. Vñ in ſingulis officijs et obſequijs ſedule miniſtrabat vigilanti et dormienti: nō ſolū infantulo: ſed etiā grādeuo. O q̄ȝ libēter eū lactabat: vix fieri potuit quin magnā et alijs feminis inexpertā dulcedinē in talis filij lactatiōe ſentiret. Jpſa virgo infantē hunc cōcepit ſine pudore: peperit ſine dolore: lactauit celeſti rore. Virgo ante partū in cōceptione: virgo in ꝑtu in prolis enixione: ⁊ virgo poſt partū in pueri

Auguſti.

dulciſſima lactatiōe. vñ Aug. Jpam virginē matrē dulciter alloquens: ait. Lacta mater xp̄m et dñm noſtrum ⁊ tuū. Lacta panē de celo venientē: lacta eū qui talē fecit te: vt ipſe fieret in te. Tibi ⁊ munꝰ fecūditatis attulit cōceptꝰ: ⁊ donū virginitatis non abſtulit natus. vñ Anſel.

Anſelmꝰ.

Verū dū hūc paruulū inter manus ſuas verſari: et ad vbera ſua pēdere: atqȝ ad ꝑuas pueri corporꝭ leſiōes ꝑuulorū more vagire conſpiceret: q̄ precor affectu mouebatur pijſſimus animꝰ eius: quoue ſtudio ad occurrendū cūctis que incōmoda illi fore timebat parabatur caſtiſſimū corpus eiꝰ. Sed et de ſancto ſene ioſeph refert

Berñ. de ſedulitate ioſeph.

Berñ. ꝙ puerū ieſum ſuꝑ genua ſua tenēs eidē frequenter arriſit. Stante igiť ante preſepe dña: ſta ⁊ tu iuxta ꝓſepe cū ea: et delectare cū puero ieſu: qꝛ virtꝰ exit ab illo. Quelibet aīa fideľ (et marie religioſa) deberet a die natiuitatis dñi vſqȝ ad purificationem ſaltē ſemel in die apud dictū ꝓſepe dñam viſitare puerū ieſum: et matrē eiꝰ adorare: de pauꝑtate et afflictiōe: humilitate et benignitate ipſoꝝ affectuoſe meditari. Vidiſti quō btā ṽgo in ſordēti ſtabulo patiēter multis diebꝰ cū puero ieſu ⁊ ioſeph ꝑſeuerabat. vñ nō deberet nobis graue eſſe: nec magnū videri: in monaſterio ⁊ ſecreto noſtro conſiſtere.



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Solennitas epiphanie. Leo pa.

Conſidera nūc quāta ſit ſolēnitas hodierna ⁊ letare in ea: qꝛ hodie apparere ceperunt fidei nr̄e initia. vñ Leo papa. Agnoſcamꝰ ergo dilectiſſimi ī magis adoratoribꝰ xp̄i vocatiōis nr̄e: fideiq; ꝑmitias: ⁊ exultātibꝰ animis beate ſpei initia celebremꝰ. Honoretur a nobis ſacratiſſimus dies: in quo ſalutis noſtre auctor apparuit / ⁊ quē magi venerati ſunt ī cunabulis: nos oīpotentē adoremꝰ in celis: vt ſicut illi de theſauris ſuis myſticas dño munerū ſpecies obtulerūt: ita et nos de cordibꝰ nr̄is q̄ deo ſunt digna ꝓmamꝰ. Sacramentū enī p̄ſētis feſti oportet ī nobis eē ꝑpetuū / qḋ vtiq; ſine fine celebrabit̄: ſi ī oibꝰ actibꝰ nr̄is dñs ieſus xp̄s appareat. hec leo. Vidiſti ergo q̄ m̄lta noua ī natiuitate dñi cōcurrerūt q̄ eū natū ꝓbauerūt. vñ Chryſ. Oīa itaq; noua: ⁊ ſupra modū admirationis humane in dñi natiuitate cōcurrerūt.

Chryſoſtomꝰ de nouis ī natiuitate dñica.

Angelꝰ in tēplo zacharie loquit̄: futurū elizabeth filiū repromittit: nō credēs angelo ſacerdos obmuteſcit. Sterilis ꝯcipit. ꝟgo parit. iohēs in vtero m̄ris exultat: chriſtus dñs natus ab angelo nunciat̄: ⁊ q; ſalus mundi ſit paſtoribꝰ p̄dicat̄: gaudēt angeli: exultāt paſtores: magna in celo ⁊ ī terra leticia huiꝰ admirāde natiuitatis exorit̄. Nouū ſignū ſtelle de celo magis oſtendit̄: ꝑ qḋ dñs celi ac terre rex iudeorū noſcitur natus. hec Chryſoſtomꝰ. Oratio

O Jeſu bone q̄ de virgine natus: teip̄m magis ſtella duce reuelaſti: ⁊ eos ꝑ aliā viā in regionē ſuā redire feciſti: illumīet ieſu miſericors lumē gr̄e tue tenebras cōſcientie mee: et per tuā letā apparitionē da mihi plenā tui et mei cognitionem: vt intus te videā: intus te inueniā: ibiq; mirrhā cōpunctionis īterne: thus orōnis deuote: aurū dilectionis pie tue maieſtati offerā et qui ꝑ viā tenebrarū et culpe receſſi a patria felicitatis ſuꝑne: per viā veritatis ⁊ gratie ad eam redeam te ducente. Amen.

¶ De preſentatione domini in templū. Capl̄m. xij.

Luce. ij.

ADuueniente autē quadrageſima die qn̄ ſm legē [ipleti ſūt dies purgationis marie] exijt ipſa de ſtabulo cū ioſeph et puero vt legē ipleret: in qua nihil purgandū erat: qꝛ ſine peccato ꝯcepat. In circūciſiōe quidē purgabatur puer ab originali qḋ a parentibus cōtraxerat. In purgatiōe vero purgabat̄ mater a pctō: qꝛ in libidine cōceperat: ſed nihil horū in hoc puero vel in matre erat. Et [tulerūt] puerū priꝰ circūciſum de bethleē [in hierl̄m] vt ſm legē [ſiſterēt]. i. offerrēt: ſeu offerēdo p̄ntarēt [eū dño] in tēplo [et vt darēt hoſtiā]. ſ. [par turturū / aut duos pullos colūbarū] ꝓ eo. ¶ Ad euidētiā huiꝰ ſciēdū q; de ꝓle nata duplex erat p̄ceptū.

Purificatiōis lex.

Vnū gn̄ale q̄tū ad oēs: vt ſcȝ cōpletꝭ diebꝰ purgatiōis matrꝭ puer ad templū deferret̄: ⁊ pro eo hoſtia daret̄. Lex aūt purificationis erat q; mulier q̄ ſuſcepto ſemine peperiſſet maſculū immūda eſſet. vij. diebꝰ ſeparata a ꝯſortio hominū: et ab ingreſſu tēpli: ⁊ a tactu ſacrorū: et die. viij circunciderct̄ infantulus: et ipſa quidē mūda efficeret̄ quo ad cōſortiū hoīm: ſed adhuc. xxxiij. diebꝰ immūda eſſet quo ad ingreſſum tēpli / ⁊ tactū ſacrorū: ⁊ his diebꝰ nō licebat egredi domū ⁊c̄. Cōpletis. xxxiij. diebꝰ cū. vij precedētibꝰ ex tūc quadrageſima die mulier ītrabat tēplū: et p̄ſētabat natū puerū: dño offerēs ſacrificia ꝓ ſe et ꝓ puero. Si aūt feminā peperiſſet duplicabant̄ dies quo ad ꝯſortia hominū / et quo ad tēpli ingreſſum. Aliud erat p̄ceptū ſpeciale de ꝑmogenitis: tā in hoībus q̄ ī iumentis: vt ſancta dño fierent: qꝛ dño cōſecrata erāt.

Primogenita cur dño offerenda.

Ex eo tꝑe quo primogenita egiptiorū dñs interfecit filios iſrael ſaluans: oīa ꝑmogenita filiorū iſrael ſibi vendicauit: ſibiq; offerri precepit. Sicut enī voluit ſibi offerri primitias fructuū: ita et primogenita hominū et aliorū aīalium mūdorū. Sed quare hoc: niſi vt oīa prima: ⁊ maxime oīa meliora et cariora dño offeramꝰ. Qꝛ ergo xp̄s ex muliere natus ⁊ ꝑmogenitꝰ ſub lege fieri voluit. Hec duo premiſſa circa eū obſeruata fuerūt. Nō ſuffecit magiſtro humilitatis ꝑfecte cū per oīa patri coeq̄lis eſſet: ſe ſubdere humili virgini: niſi et ſubderet ſe legi.

Chriſtus cur p̄ntari voluerit.

Hoc aūt pluribꝰ de cauſis fecit. Primo vt veterē legem approbaret. Secūdo vt eā ſeruando in ſemetipſam cōſummaret et terminaret: oſtēdēs ex hoc q; ad ipſam ordinata erat. Tertio vt iudeis calūniandi occaſionē ſubtraheret. Quarto vt homines a ſeruitute legis liberaret. Quinto vt exemplū humilitatis et obedientie nobis daret.

Purificationi maria cur voluit ſubdi

Quāuis etiā beata virgo ad legē mulierū nō teneretur: nec purificari indigeret: qꝛ nō ꝯcepit ſuſcepto ſemine: ſed ſpū ſancti myſtico ſpiramine: voluit tn̄ ſubdi purificationi propter plures rationes. Prima vt ſe in hoc alijs mulieribꝰ ꝯformaret: ſicut et filiꝰ per oīa fratribꝰ aſſimulari voluit. vñ Bern̄.

Bernar.

Vere beata virgo nō habes cām: nec tibi opꝰ eſt purificatione. Sed nūquid filio tuo opus erat circūciſione? Eſto inter mulieres tanq̄ vna illarū: nā et filiꝰ tuꝰ ſic eſt in medio puerorū. Secūda ſm Bed.

Beda.

Sicut xp̄s ſic et beata ꝟgo legi eſt ſpōte ſubiecta: vt nos a legis vinculo ſolueremur. Tertia vt occaſionē ſcādali vitaret: nōdū enī erat notū ipſam ſine ſemine peperiſſe. Vnde ſi nō obſeruaſſet dies purificationis ſue fuiſſet iudeis occaſio ſcādali / et murmurationis cōtra ip̄am. Quarta vt legē purificatiōis terminaret aduenīte. ſ. xp̄o: q̄ ē noſtra purificatio ꝑ fidē nos purificās. Quīta vt nobis exēplū humilitatis daret. Nā humiliauit ſe etiā in his ad q̄ non tenebat̄ vt humilitatē doceret: vt eī mater doctoris omniū ⁊ ipſa doctrix exiſteret: cū nō poſſet ꝓpter ſexum publice docere verbo: iō voluit docere exēplo. Maria igit̄ licet purificatiōe nō indigeret: purificationē tn̄ peragere voluit: qꝛ oīa que legis erant diligētiſſime obſeruabat: et iō ip̄a eſt ꝑ archā teſtamēti p̄figurata: in qua īcluſa erant legis mādata.

Archa teſtamenti figurabat mariā.

Ibi enī erant due tabule in q̄bus. x. p̄cepta ſcripta erant q̄ maria diligenter obſeruabat. Archa etiā librū legis ꝯtinebat: ⁊ maria libros ſacre ſcripture libēter legebat. In archa erat virga aaron q̄ floruit: ⁊ maria floruit: ⁊ benedictū fructū vētris ſui ꝓtulit. Archa etiam vrnā aureā cū māna celi cōtinebat: et maria verū māna celi nobis offerebat. Archa de ligno cethim īputribili erat facta: et maria in putredinē vel in puluerē nō eſt redacta. Archa. iiij. circulos aureos in lateribꝰ habebat: et maria quattuor virtutes cardinales q̄ omniū virtutū radices ⁊ initia ſunt in ſe gerebat. Archa habebat duos vectes: q̄bꝰ portabat̄: ꝑ quos duplex charitas ī maria deſignabat̄. Archa tā īntrinſecus q̄ foris deaurata erat: maria intꝰ et foris virtutibꝰ reſplēdebat.

Candelabrū in tēplo etiam mariā figurauit.

Quapropter ipſa etiā pulchre figurata eſt in cādelabro aureo qḋ lucebat hieroſolimis in dñi tēplo: ſupra qḋ. vij. lāpades ardētes ſtabāt: que. vij. opera miſericordie ī maria figurabāt: que regina miſericordie et mater pietatis erat. Hoc candelabrū ⁊ eiꝰ cādelā honoramꝰ: qn̄ in feſto purificationis accēſas cādelas baiulamꝰ. Maria enī candelā dño in ſua purificatione offerebat: qn̄ ſimeō lumē ad reuelationē gentiū ꝯcinebat. Chriſtus marie filiꝰ eſt cādela accēſa ꝓpter tria que īueniunt̄ in ea. ſ. ligmē. ignis: et cera. et in xp̄o ſunt tria. ſ. caro / aīa / et deitas vera. Hec candela ꝓ humano genere dño eſt oblata: ꝑ quā nox tenebrarū noſtrarū eſt illuminata.

Figure oblatiōis

Oblatio huiꝰ beatiſſime candele prefigurata fuit ī puero ſamuele. Anne ſterili ꝯtra morē nature deꝰ filiū dedit: ⁊ marie virgini ſupra curſū nature filiū īſpirauit.

j. Regū. j.

Anna obtulit filiū q̄ iudeos erat ꝓpugnaturꝰ: maria obtulit filiū q̄ mundū erat ꝓtecturꝰ. Filiꝰ anne poſt ea a iudeis eſt refutatꝰ: filiꝰ marie eſt ab eis turpiſſima morte cōdēnatꝰ. Hoc eſt qḋ ſimeon marie ꝓphetando p̄dicebat q; filij ipſius gladius animā ſuā ꝑtranſire debebat. Ibant igit̄ parētes ieſu in hieruſalē vt legis mādata ꝑficerēt: ⁊ q̄uis timerēt herodē: tn̄ nō ſūt auſi trāſgredi legē qn̄ ad tēplū puerū deferrēt. Et forte adhuc oīa quieta erāt: adhuc herodes magos expectās: nondū ſui cordis maliciam reuelauerat. Dñs itaq; ieſus chriſtus cū matre in his ⁊ alijs legem obſeruās oſtēdit cū quāta ſollicitudine et vigilantia debemꝰ obſeruare euangelij p̄cepta: qn̄ ipſe p̄cepta legalia / que ꝑ ſeruū dederat cū tanta obſeruauit diligētia. Adduxerunt ergo dominū templi ad templū vt facerēt ſm cōſuetudinē legis ꝓ eo. Cūq; intraſſent templū: emerūt duos turtures: aut duos pullos columbarū / vt pro eo offerrent ſicut pro pauperibꝰ erat conſuetū. Et quia pauperrimi erant: credēdū eſt magis q; de pullis colūbarū emerūt: qꝛ facilius ⁊ pro minori p̄cio inueniunt̄: et iō in lege vltimo loco ponuntur. Et tacet euāgeliſta de agno: qꝛ erat diuitū oblatio. Vide qꝛ tā pauperes parētes dñs elegit q̄ nō haberēt agnū quem eo offerrēt: ſed tm̄ par turturū / aut duos pullos columbarū q̄ erat oblatio pauperū. In lege enī



dñs p̄ceperat / vt die quo parēs infantē in tēplo preſentaret ꝓ ſua ⁊ ſobolis purificatione agnū anniculū īmaculatū in holocauſtū: ac etiam turturē ſiue pullū columbe ꝓ peccato: qꝛ in libidine cōceperat / offerret. Qui vero non ſufficiebant ad offerēdū agnū duos turtures offerrent: vel duos pullos colūbarū: vnū loco agni ī holocauſtū qḋ totū īcenſum d̄r: qꝛ totū īcēdebat̄: ⁊ alterū ꝓ pctō: q̄ cedebat in partē ſacerdotis q̄ orabat ꝓ muliere ⁊ ſic mundabat̄. Hanc hoſtiā et oblationē pauperū voluit dñs ꝑ ſe dari: ⁊ cum diues eſſet pro nobis pauꝑ dignatꝰ eſt fieri: vt nos ſua paupertate ditaret: ⁊ diuitiarū ſuarū donaret eſſe participes: ⁊ nos faceret hic ī fide diuites / ⁊ in celo regni heredes. Sicut enī mortalitatem noſtrā aſſumpſit vt ꝑ eā nobis immortalitatē conferret: ſic paupertatē noſtrā voluit aſſumere vt ꝑ eā nobis eternas diuitias tribueret. Imitemur ergo nos dñm nr̄m / ⁊ ſpōtaneā pauꝑtatē amemꝰ: vt habētes victum ⁊ veſtitum his cōtenti ſimus.

Pulli columbarū cur offerebāt̄ ⁊ n̄ colūbe Bernar.

Cur aūt pulli colūbarū ⁊ nō ſimpliciter colūbe ſicut turtures in ſacrificio dñi permittebant̄ offerri: declarat Bern̄. dicens. Et lȝ al'as quidem ꝑ columbā ſpūs ſctūs ſoleat deſignari: qꝛ tn̄ libidinoſa auis eſt non decuit afferri eā in ſacrificio dñi: niſi ea ſane etate q̄ neſciret libidinē.

Turturꝭ caſtitas.

Ac turturꝭ nō deſignat̄ etas qm̄ agnoſcit̄ caſtitas: in quacūq; etate deniq; compare vno cōtenta eſt: quo amiſſo alterū nō admittit: numeroſitatē in hoībꝰ nuptiarū redarguēs. Cernere eſt turturē tꝑe ſue viduitatis ſancte viduitatis opꝰ ſtrēnue ac infatigabiliter exequētē. videas vbiq; ſingularem: vbiq; gementē audias: nec vnq̄ in viridi ramo reſidentē ꝯſpicias: ⁊ tu ab eo diſcas voluptatū virentia virulēta vitare. Adde q; in iugis mōtiū ⁊ in ſummitatibꝰ arborū frequētior illi cōuerſatio eſt: vt qḋ vel maxime propoſitū pudicitie decet doceat nos terrena deſpicere: et amare celeſtia. Hec Bern̄. [Et ecce ſimeon] inter ſacerdotes: famoſus ⁊ noīatꝰ q̄ [iuſtus] erat in oī oꝑatione boni [et timoratꝰ] in cautela mali: vel [iuſtus] recte ſe habēdo ad ꝓximū [⁊ timoratus] quo ad deū: qꝛ difficile iuſticia ſine caſto ⁊ filiali timore dñi cuſtodit̄: timor enī dñi iuſtitie ⁊ ceterarū virtutū cuſtos eſt: qꝛ quāto iuſtus ardētiꝰ deū diligit: tāto ſolertiꝰ offēdere cauet. Illorū enī oꝑatio comitat̄ iuſticia: quorū mētes timor dei illumiat: teſtāte pſ. q̄ ait.

Pſ. cxj. Eccleſiaſtes. vij.

Beatꝰ vir q̄ timet dñm ⁊c̄. Et ſalomone q̄ dicit. Qui timet deū nihil negligit. Et bn̄ iuſtus erat ⁊ ad ꝓximū ſe recte habebat: qꝛ nō ſuā ſolūmō / ſed ⁊ totiꝰ populi ſalutē q̄rebat [expectās ꝯſolationē iſrael] in deſiderio ⁊ ſpe boni ꝓmiſſi quo ad fidei ⁊ ſpei rectitudinem quā habebat. Minores quidē expectabāt conſolationē tēporalē ꝑ ꝓmiſſum ſalutis auctorē: vt q̄ ab herode p̄ſſi fuerāt: in aduētu ſaluatoris liberati cōſolationē acciperēt. Maiores vero vt ſimeō ⁊ hmōi etiā ſpūalē conſolationē ⁊ redēptionē a diabolo expectabāt. Conſolatio q̄ppe iſrael. i. vidētis deū: dñi aduētꝰ in carne fuit: ſācti enī patres quos metus originalis pctī cōtriſtabat per dñi incarnationē cōſolari credebāt.

Simeon obediēs int̄pretat̄

Hāc conſolationē ſimeō q̄ obediēs īterp̄tat̄: expectabat / quē matura etas de mūdo exire cōpellebat: tn̄ ꝓpter deſideriū videndi dñm in carne manebat. [Et ſpūs ſanctꝰ] et ſanctificator ex p̄ſentia ſummi boni [erat in eo] q̄tū ad gr̄e plenitudinē quā poſſidebat: qꝛ non ſolū habuit gr̄am iuſtificantē ꝓut cōiter d̄r a iuſtis / ſed etiā q̄tū ad illūinatiōes ⁊ cōſolationes diuinas ſpeciales. Dicturus euāgeliſta de ſimeone: qꝛ ſpūs ſanctus erat in eo: p̄miſit q; erat iuſtꝰ et timoratꝰ: qm̄ illorū corda deus inhabitat / q̄ timētes deū iuſticiā ſeruant: vñ ipſe ꝑ prophetā dicit.

Eſaie. xj. et. lxvj.

Suꝑ quē requieſcet ſpūs meus: niſi ſuꝑ humilē ⁊ quietū ⁊ trementē ſermones meos: ⁊ ab ip̄o [ſpū ſctō] qui ꝑ inhabitantē gratiā in eo erat [reſponſum] in orōnibus ſuis deuotis [acceperat] inuiſibiliter in mente ꝑ occultā inſpirationē: ⁊ intellexit de xp̄i aduētu: q; xp̄m quem videbat oculis mētis: videret oculis corporis ante q̄ p̄ſitem finiret vitā. Ex quo ptȝ q; ꝑ h̄ prius orauerat: qꝛ hoc ſperabat / ⁊ cōſolationē iſrael expectabat: tūc enī erat opinio cōis apud intelligētes q; īminebat aduētus xp̄i ſm ſigna a p̄triarchis ⁊ ꝓphetis data: ⁊ ideo ſimeon de hoc feruentiꝰ deū orabat [⁊ in ſpū]. i. ꝑ reuelationē ſpiritusſancti: ⁊ ip̄o ſpū ſctō q̄ ī eo erat iubēte [venit in tēplū] vt ſic rn̄ſum ⁊ ꝓmiſſum ab eodē ſpū acceperat xp̄m dñi. i. vnctū a dño ante q̄ moreret̄ videret.

Simeōis deſideriū

O q̄to deſiderio videndi dñm ſenex iſte beatiſſimꝰ eſtuabat: quē iā etas de hoc ſeculo exire cogebat: ſed dei rn̄ſo renitebat: qꝛ non erat mortē viſurꝰ. i. ſenſiturꝰ vel exꝑturus [niſi priꝰ videret xp̄m dñi] meſſiā ꝓmiſſū ocul̄ corꝑalibꝰ. Hoc ergo deſiderabat: hoc mēte tractabat: hoc ſemꝑ cogitabat dicēs. Scio / qꝛ veniet: ſcio / qꝛ videbo eū. Sed qn̄ veniet: qn̄ eū videbo? Veni dñe ieſu: ſolue mihi hec vincula: ⁊ me iā nūc in pace ire ꝑmitte. Dū aūt hec ſecū diceret: dū hoc deſiderio eſtuaret: dictū ē illi a ſpū ſctō. Ecce adeſt quē expectas: quē q̄ris nūc eū videbis: ſurge / ꝓpera / feſtina: vade ad tēplū. Cū aūt feſtināter veniēs tēplū intraret ⁊ eū videret: ſtatim eū ſpū prophetico cognouit. Eadē q̄ppe ſpūs gratia q̄ oli p̄cognouerat venturū etiam nūc venientē: etiā iāq; a ſe videndū cognouit ſaluatorē. Et accelerando occurrens genua flexit: et eū inter brachia adorauit matris: brachiaq; ſua extēdit et parētibꝰ ait. Mihi eū date: mihi debet̄: mei officij eſt: ad h̄ miſſꝰ ſum: huic obſeq̄o reſeruatꝰ ſum. Mater vero intelligēs volūtatē filij porrexit eū ſimeoni. Ille aūt letꝰ et exultans cū maximo cordis gaudio in vlnas ſuas: ⁊ īter brachia cū ſuſcepit. O q̄ beate manꝰ que ꝟbū vite palpauerūt: ⁊ vlne q̄ ip̄m amplexate ſunt. Et cū puerū in vlnas accepiſſet ſurrexit: et mox ſenectꝰ fugit: ac iuuenalis vigor et fortitudo affuit. Magna hic dñi poteſtas: ſed nō minor eiꝰ claret humilitas. Qui celo terraq; nō capit̄: grandeui hoīs vlnis geſtat̄: q̄ prius ſeip̄m ferre vix poterat: nunc leuiter puerū ferens exultat. Ipſe enī portabat a quo portabat̄: ⁊ qui verbo virtutis ſue oīa portat: ille portabat xp̄m in humanitate a quo portabat̄ ꝑ diuinitatē. Elegāter igit̄ dictū eſt. Senex puerū portabat: puer autē ſenē regebat. Ferebat ſenex xp̄m īfantē / qui illū regebat in ſenectute degētem. Felix quidē ſimeon iſte q̄ nō ſolū videre: ſed etiā xp̄m in carne meruit portare. Felix nimiū q̄ tantā ꝯſolationē meruit: quā deſiderauerāt patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ nō acceperūt. Et nō dubiū quin ex hmōi amplexu ieſu xp̄i multas cōſolationes receperit: et ſingularia chariſmatū gratiarū. Vñ et dicit doctor grecꝰ q; infantis īeffabile iubar adeo illuſtrauit ſenem vt ꝓceſſu tēporis futura mox ſibi fierēt nota. Nō minus felices ſunt qui nō viderūt et crediderūt [Benedixit] quoq; et laudauit [deū] gratias agēdo ꝓ tanto bn̄ficio: ſcȝ de impletione ꝓmiſſionis / ⁊ de exhibitione ſaluationis: ac viſo redēptore aperit reuelationē in ſecreto dyalogo ſibi factā dicēs [Nūc dimittis dñe ſeruū tuū ī pace: qꝛ viderūt oculi mei ſalutare tuū] ⁊c̄. ꝑ totū. Te (īquit) dñe bn̄dico: ꝓmiſſio tua cōpleta eſt / cōpletū eſt deſideriū meū: qꝛ video xp̄m ſalutare tuū dñm meū.

Jeſꝰ ſaluator interpretat̄

Jeſꝰ enī ſaluator ſiue ſalutaris interpretat̄. Viderūt quidē oculi carnis hoīem: ſed oculi mētis cognouerūt eū eſſe deū [Dimittis] ergo: id ē dimittes vel dimittas: vt ītelligat̄ optatiue. i. vtinā dimittas iā nūc et de cetero [ſeruū tuū] abire [in pace] et de hac vita trāſire in cordis quiete quieturū in ſinu abrahe. Quaſi ſecure morior: qꝛ preſens eſt: ⁊ in proximo paſſurus quo redimar. Sciebat q̄ beati oculi qui chriſtū eſſent viſuri: et ideo donec illum videret nolebat morte diſſolui. Mox autē vt vidit optabat ſolui a corpore: et in ſinu abrahe pacem habere.

Simeōis perfectio

Letanter enī deſcendere volebat ad limbum patrū ex quo ſciebat ſaluatorē natum. Sed quomodo in pace dimittitur cū omnes tūc ſternerēt lectū ſuum in tenebris. In pace (inquit) quietis / nō in pace fruitionis dei. Ecce ſimeon perfectus fuit: habēs vitā in patiētia: et mortē in deſiderio. Adeo ergo ī quibuſdā perfecti fuerūt patres veteris teſtamēti vt noui: ſm Bedā. Qui vult tenere ieſum manibꝰ et amplexari / ⁊ in pace dimitti omni labore nitatur vt habeat ſpiritum ducem: veniatq; in hieruſalē cōuerſando in celeſtibus: veniat in templū optando ſe exemplo illorum in quibus habitat deus ſuſpirando / et vnam petēdo vt inhabitet ſemper ī domo dñi / expectet dñm et aduentum eiꝰ. Sic enim et ip̄m verbū dei in manibꝰ accipere: et fidei / ac ſpei / ⁊ charitatis brachijs merebitur amplecti. Tunc dimittetur vt nō videat mortē eternā: quia vidit vitam. Multum enī felix mortem videbit carnis: quicūq; ſic chriſtū dñm ſatagerit prius videre oculis cordis. vnde Bern̄.

Bernard

Dimittetur in pace qui chriſtū habet in pectore. Ipſe enim eſt pax noſtra. Tu quo exibis anima miſera q̄ ducem itineris ieſum ignoras? ¶ Moraliter ſimeon qui obediēs interp̄tatur bonū

Moralit̄.



EL COLEGIO DE NUESTRA SEÑORA DEL ROSARIO
Universidad del Rosario | Archivo Histórico

religioſum ſignificat:et hic manet in hierl'm q̄ interpre
tatur pacifica:qꝛ manet in pace interna et fraterna:q̄ eſt
iuſtus ad ꝓximū: timoroſus ad deū:expectās ꝯſolatio
nem iſrael.i.diuine viſionis:qꝛ iſrael vidēs deū interꝓ
tatur:⁊ ſpūſſanctꝰ eſt i eo ꝑ ſue gratie bn̄ficiū. Et tali da
tur ieſus ad amplexandū:⁊ ſic cū ſimeone de tanto bn̄fi
cio benedicit dn̄m et deſiderat exire de mūdo:vt ei det
Phil.j. ad ꝑfecte fruēdū ſm apoſtolū. Deſideriū habēs diſſol
ui et eſſe cū chriſto.¶ Moraliter etiā hic inſtruimur de
multis. Primo ꝙ per virtuoſa opera que ꝑ brachia in
telliguntur ieſus apprehendit. Scđo in hoc ꝙ ſenex in
fantē ſuſcepit:īſtruimur ꝙ depoſita culpe vetuſtate de
bemꝰ inducere vite nouitatē. Tertio in hoc ꝙ xp̄s qui
oīa portat voluit portari:habemꝰ exemplū humilitatis
Quarto ī hoc ꝙ bn̄dixit deū/inſtruimur ad agendū gra
tias deo de oībus bonis noſtris. Poſſumꝰ etiā dicere
Chriſtꝰ ī ꝙ in hoc cātico magnificat xp̄s q̄ ad quattuor ſm quat
nc̄ dimit tuor noīa quibꝰ ſimeon chriſtū appellat. Cōmendat enī
tī magniſi xp̄s vt pax:vt ſalꝰ:vt lumē:vt gloria. Pax eſt:qꝛ media
cat q̄ttu- tor:ſalꝰ qꝛ redēptor:lumen quia doctor:glīa quia p̄mia
or noībꝰ. tor. Et in his q̄ttuor ꝯſiſtit ꝑfecta xp̄i cōmēdatio:immo
totiꝰ euangelice hiſtorie quedā breuiſſima cōprehēſio.
Ea nāqꝫ que reſpiciūt eius incarnationē ꝯprehendūtur
Ephe.ij. ī pace:ipē enī eſt pax nr̄a que fecit vtraqꝫ vnū:qꝛ vtrāqꝫ
naturā in vno ſuppoſito vniuit:duos populos in vnū co
pulauit:dans pacē his q̄ longe/⁊ his q̄ ꝓpe. deū etiā ho
mini recōciliauit. Ea vero q̄ reſpiciūt eius predicatio
nē/et ſue vite cōuerſationē:ac miraculoꝝ operationē/
Joh.viij. cōprehēdunt in luce. vn̄ ipſe dicit:Ego ſum lux mūdi.
Que aūt reſpiciūt redemptionē et paſſionē cōprehēdū
tur in noīe ſalutis. Sed q̄ reſpiciūt reſurrectionē ⁊ aſcē
ſionē cōprehēdunt in gloria. Et qꝛ canticū iſtud ſic cōti
net laudis xp̄i plenitudinē/⁊ ſenis moriētis ꝯſolationē:
ideo in ſero et fine cantat in completorio[Et erat pater
eiꝰ].ſ.putatiuꝰ.i.ioſeph qui meruit vocari pater xp̄i:eo
ꝙ fuit nutriciꝰ eiꝰ[et mater eius]vera.ſ.maria[miran
tes]non dubitādo:ſed aſſentiendo et cōgaudēdo[ſuper
Miratio his que dicebantur de illo].ſ.ieſu. Mirabatur virgo de
parentū his q̄ audierat ab angelo in annūciatione:ab elizabeth ī
ieſu. ſalutatiōe et iohānis exultatiōe:et a zacharia ī iohānis
natiuitate. Itē mirabat ipſa et ioſeph de exultatiōe an
geloꝝ nato xp̄o:⁊ de cātico nouo. Itē de aduētu paſtoꝝ:
et de reuerentia magorū. Item de aduentu ſimeonis:et
laude eiuſdē. Que oīa erant mira et ammiratiōe digna.
Ambroſi. vn̄ Ambro. Non ſolū ab angelis et ꝓphetis:a paſtoribꝰ
et parentibꝰ:ſed etiā a ſenioribꝰ et iuſtis generatio dn̄i
accepit teſtimoniū. Omnis etas et vterqꝫ ſexus/euēto
rūqꝫ miracula fidē aſtruūt:virgo generat:ſterilis parit:
mutus loq̄tur:elizabeth prophetat:magus adorat:vtero
clauſus exultat:vidua cōfitetur:iuſtus expectat. Et ex
virtute pueri quē geſtabat in vlnis bn̄dixit ſimeon ma
rie:⁊ ioſeph cū affectu et gaudio/ac deo gratias referē
do:q̄uis enī maria ⁊ ioſeph eſſent maiores ī ſanctitate:
ille tn̄ precellebat q̄tū ad ſacerdotis officiū ad quē ſpe
Bn̄dictō ctat bn̄dicere populū. Mos quippe erat ī lege:ꝙ qn̄ pa
ſimeonis. rentes preſentabant puerū in tēplo:ſacerdos bn̄dicebat
illis.ſ.parētibus et puero. Et iō benedixit ſimeō parēti
bus xp̄m p̄ſentātibꝰ.i.beatos eos dixit/et bn̄dictos pre
dicauit:vel benedictionē a deo eis optauit. Huius aūt
benedictiōis formā nō habemꝰ expreſſam:ſꝫ pōt iſta be
nedictio ītelligi laudationis ⁊ gratiaꝝ actionis:ſicut di
cimus ꝙ creatura benedicit creatori:ipſum cū gratiaꝝ
actione laudādo. Benedixit parentibꝰ ꝓpter filiū ſicut
ecōuerſo plerūqꝫ bn̄dicunt filij ꝓpter parētes. Et nota:
qꝛ in ioſeph patris ſimilitudo erat/qꝛ nutritor eiꝰ:ideo
nō eſt cōi benedictione priuatꝰ. Maria virgo:qꝛ vere eiꝰ
mater erat/de puero magis ad eā ptiebat:ideo ad eam
ſingulariter ſe vertit:reuelando ei occultorū preſagia.
Cognouit enī illo docente quē geſtabat in vlnis:diuinū
illud nō eſſe ex ioſeph:ſed ex virgine:ideo ad eā dirigit
ſermonē. Et nō ſolū benedixit:ſꝫ etiā ꝓphetādo futura
Prophe- predixit dicēs[Ecce poſitꝰ eſt hic]per aduentū ſuū/et a
tia ſimeo deo ſtatutus et ordinatꝰ[in ruinā].ſ.ſuperborū ſe ſtare
nis. putantiū:de quibꝰ ipē dicit:Si non veniſſē/⁊ locutꝰ eis
Joh.xv. nō fuiſſem/peccatū nō haberent.[et in reſurrectionem
multorū].ſ.humiliū ſe nō ſtare reputantiū/qui in eū cre
dētes reſurrexerūt a peccatis ꝑ eū. Et dicit[ī iſrael]qꝛ
multi iudei a veritate cadētes:fuerūt excecati:et multi

priꝰ ſimplices ignorātes illuminati[et in ſignū].ſ.fede
ris et recōciliationis inter deū et hominē[cui cōtradi
cet]p̄mo a iudeis:deinde a gētibꝰ:ſeu paganis:poſtea
ab hereticis:h̄ nō credētibus. Ubi notandū ſm Orige. Origenes
ꝙ in oībus q̄ de chriſto narrant a fidelibꝰ ꝯtradictionē de ꝯtradi
paſſus eſt falſo ab incredulis:de quibꝰ ipſe cōqueritur ī centibus
pſ̄.dicēs. Inſurrexerūt in me teſtes iniqui:et mētita eſt chriſto.
iniquitas ſibi. Potuit enim xp̄s īpugnari:ſed nō expu pſ̄.xxvj.
gnari. Sed et praui chriſtiani cōtradicūt ei in moribus
et operibꝰ:et ſi nō in fide et ſermonibꝰ qui ꝯfitent ſe noſ
ſe deū factis:aut negāt. Uenit ergo ſaluator in ruinā nō
credētiū et ſuperboꝝ:et hoc ꝑ occaſionem:et in reſurre
ctionē credētiū et humiliū:ſed ꝑ cām. Nō ſolū aūt alijs
ī ruinā:et alijs in reſurrectionē venit:ſed etiā vni eidēqꝫ
homini in ruinam pariter et reſurrectionem apparet.in
ruinā.ſ.vitioꝝ:et reſurrectionē virtutū. Nec fit reſurre
ctio virtutū:niſi p̄cedat ruina vitioꝝ. vn̄ Ber. Non pōt Bern̄.
virtus cū vitijs pariter creſcere:ergo vt illa vigeat iſta
creſcere nō ſinant. Tolle ſuꝑflua ⁊ ſalubria ante ſurgūt.
Un̄ notandū ꝙ xp̄s deſtruxit regnū peccati:et cōſtruxit
regnū virtutū: ꝓpter q̄đ dicit poſitꝰ ī ruinā et reſurre
ctionē. Ruit enī ſuꝑbia ex eiꝰ hūilitate:Ruit auaricia Ruina vi
ex eiꝰ pauꝑtate:Ruit luxuria ī eiꝰ caſtitate:Ruit īuidia tiorū per
in eiꝰ benignitate:Ruit gula in eiꝰ ſobrietate:Ruit ira chriſtum.
in eius patientia:Ruit accidia in eiꝰ labore et vigilia.
Et ſic xp̄s cōſtruendo regnum virtutū deſtruxit regnū
vitioꝝ: ita ꝙ eiſdē venerit ī ruinā et reſurrectionē. Nā
ſm Chriſo. Cū ſuperbus humilis efficit:laſciuꝰ caſtꝰ: Chryſo.
auarꝰ miſericors:et ita de alijs:tūc in eadē ꝑſona eſt rui
na vitij et reſurrectio virtutis. Et ad hoc a deo poſitus
fuit hic in mūdo tanqꝫ ſignū ad ſagittam:vt quilibet q̄ſi
pro libito iaculū mitteret in eum. Et ꝓphetizans ſimeō
de xp̄i paſſione ait[Et tuam ipſius aīam pertrāſibit]ꝑ
cōpaſſionē[gladius].i.paſſio ſeu dolor paſſiōis ipſius.
Nō enī abſqꝫ magno affectu materni doloris potuit vi
dere crucifigi filiū:et ſi ſperaret mortē deuicturū ac re
ſurrecturū:et poſt mortē victurū. Unde dicit Hiero. ꝙ Hiero.
quia in parte impaſſibili paſſa eſt plus q̄ꝫ martyr fuit. Maria
Dolores quippe quos pariēs effugit:hos tempore paſſi plꝰ q̄ꝫ mar
onis xp̄i ſuſtinuit. vnde Anſel. Nunc repoſcit debitum tyr fuit.
atrox vis nature/q̄đ tibi detinuit olīꝫ pariture:penaſqꝫ Anſelmꝰ
cum fenore eſtimāt vſure:que cōmuni matribꝰ debeban de penis
tur iure[vt reuelent ex multis cordibus cogitationes.] marie.
Chriſti nāqꝫ paſſio multorum cordiū cogitatiōes reue
lauit:qꝛ prophetarū dicta cogitationes/⁊ occulta myſte
ria ibi reuelata ſunt ⁊ ꝯſummata. Et hoc quidē velum
templi ſignificauit quod eo moriēte ſciſſum eſt:vt ſancta
ſanctorū omnibus apparerent. Uel multorū cordiū.ſ.
bonorū et malorū cogitationes tūc reuelate ſunt:qꝛ xp̄o
paſſo alij crediderūt:alij credere noluerūt. Et ſm Beđ. Beda.
Antea incertū erat qui iudeorū eum recepturi erant:⁊
qui non poſtea certū fuit.¶ Myſtice:vt dicit Beda:vſqꝫ
ad finē ſeculi gladius tribulationis animā eccleſie per
tranſit cū ſigno fidei: ab impijs ⁊ reprobis ꝯtradicitur:
cum multos ruere videt:cū reuelatis cordiū cogitatiōi
bus:vbi bonū ſemen ſeminauerat zizania geminare con
ſpicit.¶ Et notandū ꝙ ly vt nō tenetur hic cauſaliter:nō
enī ꝓpter hoc principaliter pati voluit xp̄s vt reuelaren
tur hominū cogitationes:ſed tenetur hic conſecutiue:
quia hoc quod eſt reuelare cogitationes:ſecutum eſt ad
paſſionem chriſti. Sicut ſi dicerem exiui ad campos vt
caperer ab hoſtibus:capi ab hoſtibꝰ non fuit de intētio
ne mea:ſed quoddā conſecutiuum ad exitū meū:et eſt ſi
milis modus loquendi/cū dicit ſepe in euangelio. Hoc
factū eſt:vt implerentur ſcripture. Hoc enī nō fuit prin
cipalis intentio chriſti ꝙ talia fecit/vel paſſus eſt vt im
plerentur ſcripture:ſed poſtq̄ꝫ talia euenerūt conſecuti
ue ſcripture ſunt implete. Nō enim prophetia eſt cauſa Prophe-
euentus rei:ſed ipā res eſt cauſa ꝓphetie. Aliter expōit tie nō ſūt
Orige. de reuelatione occultorū peccatorum in cōfeſſi cauſe fu-
one:vt reuelētur cogitationes male per confeſſionē:que turorum.
prius occultabant:que per effectū paſſionis in ſacramē Origenes
to penitētie operantis ſanātur[Et ipā eadem hora]qua
ſ.ſimeō loquebatur de xp̄o:tenens eū in vlnis[ſuperue
nit ⁊ anna ꝓphetiſſa]nō a caſu:vel ex diſpoſitione huma
na:ſed ſpiritusſancti reuelatione(ſicut dictū eſt de ſime
one)⁊ adorans eū[ꝯfitebatur dn̄o]confeſſione laudis ⁊
gratiarū actionis:laudans deū de tantis beneficijs ad-



impletis:⁊ in incarnatione ⁊ natiuitate exhibitis:perhi
benſqꝫ teſtimoniū de filio/⁊ inſtruēs populū[loquebat
de illo omnibus qui expectabant redemptionem] hie
ruſalē ⁊[iſrael]annūcians eis natū eſſe redēptorē/⁊ hu
mani generis ſaluatorem:⁊ ꝙ ille diu deſideratus eſſet
qui eos redimere ⁊ liberare deberet. Oībꝰ fidelibꝰ qui
iugo herodis alienigene grauati:liberationē ciuitatis
⁊ populi ac etiā ſpiritualē expectabant per aduentum
xp̄i in ꝓximo fieri redemptionē a tyrannide herodis ⁊
Anne pro demonis promittebat. Hec mulier venerabilis:cuiꝰ no
phetiſſe. bilitas extollitur:continentia laudat:etas commenda
commen- tur:religio p̄dicat:ydonea et valde digna erat que dei
datio. filio incarnato teſtimoniū perhiberet. Un̄ ⁊ ꝓphetiſſa
deſcribit vt eiꝰ teſtimoniū autentizet:qꝛ prophetie in
Origenes ſpiratio vel reuelatio diuina eē ꝑhibet. Un̄ Orige. Iu
ſte ſācta mulier ſpiritū prophetādi meruit/qꝛ longa ca
ſtitate:longis etiā ieiunijs ad hoc culmen aſcenderat.
Oē genꝰ Qꝛ ergo oēm ſexū/⁊ oēm etatem/gradū/⁊ oēm profeſ
hoīm de ſionē dn̄s redimere venerat:dignū erat vt oēs ī eius na
xp̄o ꝑhi- tiuitate teſtimoniū perhiberēt. Sunt enī tria genera in
bet teſtīo vtroqꝫ ſexu commendata:puta de ꝟginibus.ſ.maria/⁊
nium. xp̄s/ac de viduis.ſ.anna ⁊ ſimeon:cuius etas cōparat
anne. Et etiā tertiū genus.ſ.de coniugatis.ſ.elizabeth
⁊ zacharias. Nullus ergo gradꝰ chriſtianorū fidelium
pretermiſſus:de quo nō haberet teſtimoniū ſalus oīm.
Anſelmꝰ. Ut aūt dicit Anſel. Oblatus eſt ī tēplo ⁊ a ſancta vidua
ſuſceptus:vt fideles ſuos domum dei frequentare:⁊ vt
eum mereantur ſuſcipere:ſtudio ſanctitatis intendere
moneret. A ſimeōe ſene ſuſceptus atqꝫ laudatus eſt: vt
vite grauitatē ⁊ moꝝ maturitatem ſe diligere pateface
ret. Exulta ergo et tu cum illo ſene ſimeone ⁊ anna lon
geua/procede in occurſum matris et paruuli:vīcat ve
recundiā amor:timorem expellat affectus: accipias et
Canti.iij infantem in vlnas tuas:dicaſqꝫ cū ſpōſa. Tenui eū nec
dimittā:tripudia cū illo ſanctiſſimo ſene et cōcine: nūc
dimittis ſeruū tuū dn̄e:ſm ꝟbū tuū in pace. hec Anſel.
Moralit. ¶ Moraliter Nota ꝙ īopinatꝰ cōcurſus iſtaꝝ ꝑſonarū
de quibꝰ hic fit mentio:nō ſine myſterio inſtinctu diuīo
factus eſt. Un̄ nos ſpiritualiter in mente debemꝰ iſtaꝝ
Symeon quattuor ꝑſonaꝝ ꝓceſſionem celebrare. Per ſimeonem
quid in qui interpretat audiēs:q̄ ⁊ reſponſum audiuerat a ſpū
terpretat ſancto mentali.ſ.reuelatione:ſignificat verbi dei ſtudio
ſa auditio:per annā que interpretat gratia/⁊ que nō di
ſcedebat de tēplo ſignificat crebra oratio. Per ioſeph
qui interpretatur appoſitio vel augmētū:qui ⁊ ſollici
tē curā habuit de puero xp̄o: intelligit bonorū operum
cōtinua appoſitio. Per mariā vero que interp̄tat ilūi
nata:q̄ ⁊ xp̄m portauit in vtero:ſignificat diuine cōfor
mitatis perfectiſſima vnio. He autē quattuor perſone
xp̄m offerentes:in mente debent portare quattuor lumi
naria. Simeon portat lumen ſancte meditatiōis:anna
geſtat lumē interne deuotionis:ioſeph defert lumē vir
tuoſe progreſſionis:maria vero portat lumen ſuperne
Pſ. lxxvj. contēplationis. Hec quattuor innuuntur in pſ̄.cum đr.
Memor fui dei et delectatus ſum:⁊ exercitatus ſum/⁊
defecit ſpūs meus. Et patent referendo ſingula ſinglis.
Et cōſiderandū ꝙ preſentatiōi dn̄i interfuerūt quinqꝫ
perſone. Ipſe ieſus:per quem ſignificant īnocētes: ma
ria.ſ.amaꝝ mare:per quā penitētes:ioſeph.ſ.accreſcēs
per quem proficientes:ſimeon per quē perfecti in vita
Proceſ- actiua:anna ꝑ quā perfecti in vita contēplatiua. In q̄ ſi
ſio in tem gnificantur illi qui ſunt digni vultui dei in templo dei
plo. celeſtis hieruſalem preſentari. Tandē ſimeon puerum
ieſum matri reddidit:quē illa letanter reaccepit. Poſt
ea vadunt ad altare facientes ꝓceſſionem: que hodie
rep̄ſentant per vniuerſum orbem. Procedūt alacriter
illi duo venerabiles ſenes:ioſeph ⁊ ſimeon cū exultatio
ne magna iubilantes. Sequitur mater portans regem
ieſum cum ineffabili cordis leticia:⁊ anna aſſociat eam
vadēs ex latere cū reuerētia iubilās:⁊ ipſa cū indicibi
li gaudio ⁊ laudans dn̄m affectu immenſo. Ab iſtꝫ ergo
fit ꝓceſſio venerabilis:paucis quidē ſꝫ valde magnis
⁊ quaſi de oī genere hominū repreſentantibꝰ. Sūt enim
inter eos de maſculis ⁊ feminis ſenibus ⁊ iuuenibꝰ ꝟgi
ginibꝰ ⁊ viduis. Maria quidē ⁊ ioſeph tanq̄ꝫ parentes
pueꝝ ieſum in tēplo p̄ſentauerūt:ſimeō vero et anna vt
ꝓphete preconijs ꝓpheticis laudauerūt. Sic et nos in
iſta die miſſarū ſolemnia celebrantes cereū accenſum

(per quē ſignificat puer ieſus)in manibus baiulamꝰ:⁊
proceſſionem facientes vſqꝫ ad altare deferimꝰ:et offe
rimus.recolentes illud lumen ineffabile q̄đ maria ⁊ ſi
meon hodierna die portauerunt in manibꝰ. Sunt enim
tria in cereo:per que ſignificātur tria que fuerūt in chri
ſto. Nā cera ſignificat carnē chriſti/que nata eſt de vir Cerei ſi-
gine maria ſine corruptione:ſicut apes ceram gignūt ſi gnificatō
ne alterutrorum cōmixtione. Lichnꝰ autē ī cera latēs
ſignificat animā chriſti candidiſſimā in carne latentem.
Ignis vero ſiue lumen ſignificat diuinitatē:quia deus Deut.iiij.
noſter ignis conſumens eſt. Per hec etiam tria poteſt
trinitas deſignari. vn̄ eſt ꝟſus. Cera/focus/lichnū:tria
ſunt monſtrātia trinū. Cum autem perueniūt ad altare:
mater cū reuerentia genua flectit:et dilectiſſimū filiū
ſuum deo patri ſuo ſuper altare offert. Preſentabat ipā
beata virgo puerū dn̄o:gratias agens deo patri de mu
nere tanto:ꝙ ipſa virgo eū conceperat et pepererat:et ꝙ
ipſa in tali ꝓle digniſſima deo patri cōicabat. Preſēta Preſēta-
tio enī pueroꝝ ad tēplū p̄cepta erat ꝓpter tres cauſas. tiōis cau-
Tū vt ex hoc infans dn̄o cōſecraret:tum vt per hoc di ſe.
uine cuſtodie cōmendaret:tum vt gratiarum actio deo
redderetur/a quo tale donū parētes acceperūt ⁊c. Sed
prime due cauſe non habebāt locū in xp̄o:qꝛ mox ꝯceptꝰ
in vtero fuit pleniſſime deo cōſecratꝰ:et diuine cuſtodie
per diuinitatis vnionē commendatꝰ:ſed tertia cauſa p̄
cipue locū habuit in xp̄o:pro qua beata virgo gratias
agere habuit deo patri pre oībꝰ matribꝰ:vt pote que eū
ſingulari priuilegio concepit ⁊ peperit. Quid aūt ipſa
tunc orauerit:quidue dixerit ſcriptū non habemus:ſed
forte ſimilia his verba ſaltē ore cordis dicebant. Ecce
dn̄e ſancte pater:p̄ſento tibi filiū tuū a te eternaliter ge
nitū/⁊ de me tꝑaliter natū. Ego preſēto tibi eū:qui tibi
ſemꝑ eſt preſēs. Grās tibi ago ꝙ eum tuo munere ſic cō
cepi mirabiliter et peperi ineffabiliter. O ſancte pater:
hunc filiū tuū et meū tibi offero oblationē nouam:deum
caro factū:qui ꝓ ſalute mūdi oblaturꝰ eſt tibi ſemetipꝫ.
O qualis eſt iſta oblatio. Nunqꝫ talis facta a ſeculo. vn̄
Bern̄. Offer filiū virgo ſacra:⁊ benedictū fructū vētris Bernar.
tui dn̄o repreſenta. Offer ad noſtrā oīm recōciliationē
hoſtiā ſanctā deo placentē. hec Bern̄. Uoluit autē xp̄s
deo patri p̄ſentari:qui nunqꝫ ab eiꝰ aſpectibꝰ latuit no
bis ī exemplū:vt ſicut nō grā ſui deꝰ factꝰ eſt hō:ſed vt
nos per grām faceret deos:nec ꝓpter ſe circūciſus eſt in
carne:ſed vt nos ſpiritualit circūcidamur: ſic ꝓpt nos
ſiſtitur dn̄o/vt diſcamꝰ deo p̄ſentare noſipſos. Deinde Dn̄s.v.ci
aduocant ſacerdotes:et redimitur dn̄s omniū tanqꝫ ſer clis redi-
uus q̄nqꝫ ciclis argenteis/qꝛ erat primogenitꝰ. Quinqꝫ mit.
ciclis argenteis redimebat primogenitum:et erat ciclꝰ Ciclꝰ q̄đ
genus monete obolos.xx.habēs. Precepit enī lex oīne erat.
maſculinū primogenitū tam hoīs q̄ꝫ pecoris ſanctū dn̄o
vocari.i.dn̄o ſanctificari ⁊ p̄ſentari:ac ſanctificatū ⁊ de
dicatū dn̄o dici et ſacerdotis eſſe:ita ꝙ primogenitū de
tribu leui nō redimeret:ſed in miniſterio et ſeruitio do
mus dauid.ſ.tēpli ſemꝑ et perpetuo teneret. Primoge Primo-
nitū vero de alijs vndecim tribubꝰ ſacerdos redimi fa geniti ob-
ceret:et p̄cio accepto illud ad ꝓpria a parētibꝰ referri latio.
permitteret:primogenitū quoqꝫ aīalis mūdi deo offer
ret:immūdi vero aut precio redimi/aut mūdo mutari/
aut occidi faceret: eſt aūt aīal mūdū ad offerēdū mūdū Mūdum
ad eſum. Immundorū vero aliud eſt imundū ad offerē aīal du-
dum:ſed mūdum a natura:vt aſinus. ideoqꝫ aut precio plex:⁊ ſilr
redimebatur:aut agno cōmutabat. Aliud immundū ad imundū.
offerendū et redimendū/ſeu cōmutandū: videlicet ca
nis/⁊ ideo p̄ciū aliq̄đ nō habēs occidebat:et ex toto ab
vſibꝰ templi ꝓijciebat. Cū igit xp̄s de tribu iuda vna
de vndecī fuerit:patet ꝙ redimi debuit:et ideo redēptꝰ
fuit. Accepit etiā mater de manu ioſeph aues p̄dictas:
et genua flectēs offert ſuꝑ altare deo patri eas. Obtulit
ergo beata virgo tanqꝫ pauꝑcula par turturū:aut duos
pullos colūbarū:vnū in holocauſtū pro filio:alterū pro
peccato: in hoc ſe ſubdens legi peccatrici/q̄uis nullū
haberet pctm̄. Facta ergo oblatiōe et redēptione mater
filiū recepit:et eū ſecū domū reportat. vn̄ Ber. Oblatio Bernar.
iſta fratres ſatis delicata videt/ vbi tātū ſiſtit duobꝰ: De redē-
redimit auibꝰ/⁊ ilico reportat. Ueniet tēpꝰ qn̄ iam nō ptiōe xp̄i.
offeret in tēplo/nec inter brachia ſimeonis:ſed extra ci
uitatē īter brachia crucis. Ueniet qn̄ nō redimet alie
no:ſed redimet alios ſanguine ꝓprio:qꝛ redēptorē miſit

Monte mayor di.
Es vela q siempre vela
tres stilos de [illegible] Filio
Con lumbre, cera, pauilo
y al fin todo es candela



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Ex pſ.cx eſt deꝰ pater populo ſuo. Iſtud eſt ſacrificiū matutinū:
Myſtice. illud aūt veſpertinū.hoc Ber.¶ Myſtice per ꝑmogeni
ta aīaliū ſignificat ille ꝗ vnigenitꝰ dei dignatꝰ ē naſci:
primogenitꝰ/ſcilꝫ dignitate oīs creature:qui eſt vere ſā
Moralit. ctus dn̄o:qꝛ ſine peccato.¶ Moraliter aūt per ꝑmogeni
ta ſignificant bone actionis initia:ꝗ quaſi corde gigni=
mus ex dei grā. Cōmonemur ergo hic vt oīa primoge=
nita noſtra deo offeramꝰ:quicꝗd bonū et iuſtū ī noſtris
operibꝰ inuenimꝰ/eiꝰ gratie nō noſtris meritis depute
pſ.cxiij. mus:dicētes. Nō nobis dn̄e nō nobis:ſed noī tuo da glo
riam. Si aūt ī mūdū aliꝗd parimꝰ.i.ſi peccatū in opere
ꝑpetramꝰ occidamꝰ.i.malū per emēdationē radicitus
euellamꝰ:aut certe mutemꝰ illđ mūdo:declinātes a ma
lo et faciētes bonū:aut redimamꝰ ꝗnqꝫ ciclis bona ope=
ra:et dignos fructꝰ penitētie ꝑ quinqꝫ ſenſus corporis
faciētes. Cōmonemur etiā hic/vt ſi in grege operū no=
ſtrorum agnū innocētie vel ꝑncipales ꝟtutes ꝗlis eſt chari
tas:caſtitas:humilitas:patiētia:et hmōi inuenimꝰ:deo
offeramꝰ.i.ꝙ digne viuimꝰ:nō noſtris meritis depute=
Joh.xv. mus:ſed illiꝰ ꝗ ait in euāgelio. Sine me nihil poteſtis fa
Phil.ij. cere:iꝑe enī dat velle ⁊ ꝑficere. Si aūt tam pauperes ſu
mus:vt in opere noſtro agnū et diuitias īnocue vite/vl
principales ꝟtutes nō inueniamꝰ:offeramꝰ ſaltē duos
turtures/vel duos pullos colūbarū.i.duo genera ꝯpū=
ctionis:videlicet timoris et amoris:et nō ſolum ꝓ nr̄is
aliorūqꝫ diluendis peccatis:ſed etiā ꝓ impetrādis vir
tutibꝰ:et deſiderio patrie celeſtis quotidie defleamus.
Et ſic vnū pro pctō offerimꝰ:dū de malis ꝑpetratis ge=
mimꝰ:alterū in holocauſtū/qn̄ amore celeſtium inflāma
Moralit mur.¶ Moraliter hic attendēda ſūt tria.ſ.myſteriū pur=
tria notā= gationis marie:ſacrū delationis dn̄ice:et ſignificantia
da. oblationis facte:ꝗtum ad primū ſciendū ꝙ maria ꝗ in=
terꝑtat ſtella maris/vel amarū mare: deſignat aīam:ſi
ue ſit in lumine vite ꝯtēplatiue:ſiue in amaritudine vite
actiue. Et vtriqꝫ neceſſaria eſt purgatio:ꝙ videlicꝫ aīa
cōtēplatiua purget a ſuperbia:qđ fit per timorē:et aīa
actiua a negligētia:qđ fit per rigorē et laborē. In hieru
ſalē enī ꝗ interpretat viſio pacis(et ſignificat vitā bea
tā)nemo infert:niſi priꝰ dies purgatiōis eiꝰ impleātur
Qꝛ niſi ꝗs ſit plene purgatꝰ:et ita purus ſicut fuit in ba
ptiſmo nō pōt peruenire ad iſtā hieruſalē/vel etiā in tē=
plū celeſte. Talis aūt purgatio celebrat vel hic in ꝑſen
ti ꝑ penitentiā/aut tribulationes et hmōi: vel in penis
purgatorij: Quātū ad ſcđm ſciēdū ꝙ legimꝰ xp̄m dela=
tū in hieruſalē vt hic:et legimus eū delatū in egyptum.
In quo docemur:ꝙ ples mētis noſtre que eſt intelligen
tia:nunc eleuāda eſt ad contēplationē eternorum: que per
hieruſalē deſignat/que viſio pacis interpretat:nunc ve
ro deprimēda eſt ad cōſiderationē propriorum defectuū/
que ꝑ egyptū deſignatur:egyptꝰ enī tenebre interꝑtat.
Loca ꝗn= Poſſumꝰ etiā aliter ꝗnqꝫ numerare loca in ꝗ xp̄s por=
qꝫ in que tatur vel ducit.ſ.in hieruſalē:egyptū:deſertū:montē ex
xp̄s dela= celſum:et tēpli pinnaculū. Et iſta ꝗnqꝫ loca ſignificant
tus eſt. ꝗnqꝫ ſtatus/in quibꝰ inuenit xp̄s. Hieruſalē ſignificat
vitā cōtēplatiuā/vbi eſt viſio pacis. Egyptꝰ ſignificat
vitam actiuā:in qua eſt meror ⁊ anguſtia tribulationis.
Deſertū ſignificat religionē:in qua inſiſtitur ieiunijs.
Mons excelſus ſignificat faſtigiū ꝑlatiōis. Pinnacu=
lū tēpli eſt ſedes magiſtralis:et in his ſtatibꝰ inuenitur
ieſus:qꝛ in omni ſtatu eccleſie pōt inueniri ieſus.ſ.ſalus
Portato Sed cōſidera quis portauit eū in hieruſalē et alibi:⁊ in
res xp̄i. uenies ꝙ in hieruſalē ⁊ in egyptū tulerūt xp̄m maria ⁊
ioſeph ſtella marꝭ ⁊ augmētū:fides.ſ.⁊ charitas. In de=
ſertū ductꝰ eſt a ſpūſancto:ſed in montē excelſum/⁊ ſuꝑ
pinnaculū tulit eū dyabolꝰ:⁊ ideo timere debēt prelati:
et magiſtri ne eos portauerit dyabolus in mōtē excel=
ſum.ſ.prelationis/⁊ in cathedrā magiſtratiōis.¶ Quan
tū ad tertiū eſt notandū: ꝙ oblatio īdeterminate fiebat
de turture vel colūba: Per turturē que eſt ſoliuaga ⁊ ca
ſta/ītelligit vita ꝯtēplatiua: Per colūbam vero ꝗ gre=
gatī volat ⁊ fecūda eſt/ſignificat actiua. Et vtraqꝫ auis
Gemitus gemitū habet ꝓ cātu:ſed aliter et aliter. Gemitꝰ enī tur
quadru= turis ꝯpetit contēplatiuis:⁊ hic geminat.vn̄ dicit par
plices. turturū. Primꝰ gemitꝰ eſt amoris:de quo dicit apl's ꝙ
Rom.viij intra nos gemimꝰ adoptionē filiorum dei expectātes. Se
Ibidem. cūdus eſt deuotionis:de quo dicit idē aplus.ꝙ ſpūs po
ſtulat ꝓ nobis gemitibꝰ inenarrabilibꝰ. Gemitꝰ vero co
lūbe cōpetit actiuis:et hic eſt duplex. vn̄ dicit duos pul

los colūbarum. Unus eſt ꝓ peccatis ꝓprijs:ſm illđ Eſa. Eſa.lix.
quaſi colūbe meditātes gememꝰ. Aliꝰ eſt pro peccatis
alienis. ſm illud Tren̄. Omnes porte eius deſtructe: Tren̄.j.
ſacerdotes eius gementes. Hunc quadruplicē gemitū
offerre debēt:qui agnū.i.innocētiā nō habēt. Predicta
igit recolligēdo dicēdum:ꝙ in hac purgatione delatio
ne et oblatione ſignificat:ꝙ qui purgatꝰ eſt a ſuꝑbia/et
negligētia:et diſpoſitꝰ eſt vt aſcēdat ad contēplationē
dei:⁊ deſcēdat ad cōſiderationē ſui. Et rurſus aſcēdēs
gemat ex amore ⁊ deuotione.et deorſum rediēs gemat
ex contritione et compaſſione. In his cōſiſtit perfectio
fidelis aīe deo deuote. Et qꝛ vtreqꝫ iſte vite deo ſunt ac
cepte:nō eſt diffinitū/vtrū pro dn̄o turtures an colūbe
ſint oblate:ſed indifferēter eſt dictū:par turturū/aut du=
os pullos colūbarū.¶ Vidiſti ergo in ꝑdictis xp̄i ⁊ parē
tū eius et pauꝑtatē:qꝛ pauperū tm̄ habebāt oblationē.
Si aūt vis informari de humilitate:cōſiderata oblatio=
ne et redēptione/ac legis obſeruatiōe de facili poteris
aduertere. Aduerte etiam hic de xp̄i humilitate: quō a
precedentibus ſit aucta ſucceſſiue. Nā in natiuitate ſe Hūilita=
habuit vt pauꝑ hō:in circūciſione/vt pauꝑ et peccator tis xp̄i in=
hō:ſed hodierna die/vt pauꝑ/et peccator/⁊ ſeruus. Ut crementa
pauꝑ quidē in eo ꝙ pauperū oblationē elegit:vt pecca=
tor vero ī eo ꝙ iꝑe cū matre ꝑ oblationē expiari voluit:
vt ſeruus aūt ī eo ꝙ redimi ſe fecit. Et qꝛ(vt viſum eſt)
poſt circūciſionē filij/⁊ purgationē matris:tulerūt Je
ſum in hieruſalē vt ſiſterēt eū dn̄o. Sciendū eſt ⁊ diligē=
ter aduertēdū:ꝙ ex ꝑdictis tribꝰ moraliter inſtruuntur Moralit
fideles:vt cū tēplū dei materiale.i.eccleſiā ingredi vo= de tēplū
luerint:in iꝑis tribꝰ circūſtantijs ſe debeāt beate ꝟgini ingredien
et xp̄o conformare:vt videlicet ſint a peccatorū ſcoria tibus.
purgati et circūciſi quo ad ꝑmū. Sint brachijs ſancte
matris eccleſie deportati quo ad ſecūdū. Sint recte itē=
tionis fine ordinati quo ad tertiū.¶ Primo ergo ingreſ
ſuri eccleſiā debēt a peccatorum ſcoria eſſe purgati et cir=
cūciſi. Nā beata virgo anteꝗ̄ egrederet in templū/poſt
partū ſui immaculati filij dies purgationis ipleuit: iꝑe
etiā filiꝰ anteꝗ̄ induceret in tēplū circūcidi voluit. Nō
ꝙ mater purificatiōe indigeret/aut filiꝰ circūciſione:cū
illa nō ſuſcepto ſemine cōceperit:⁊ iꝑe ex intacta virgi=
ne natꝰ fuerit:vterqꝫ tn̄ in hoc legē ſeruare voluit:vt no=
bis daret forma purgatiōis/⁊ circūciſiōis ſpiritualis:
quia purificari et circūcidi debemꝰ a vitijs/anteꝗ̄ ec=
cleſiam igrediamur et deo offeramur:ſi volumꝰ ꝙ ei no
ſtra placeat oblatio:qꝛ ſm Bedā. Nemo niſi purificatꝰ Beda.
⁊ circūciſus a vitijs dominicis eſt dignus cōſpectibus.
Ex quo trahitur documētū:ꝙ nullꝰ ingredi debet eccle
ſiam cū conſcientia mortalis criminis:niſi prius ſit con=
feſſus/vel ſaltem contritus:ſi nō aſſit copia cōfeſſoris:
et ꝙ ingreſſuri eccleſiam priꝰ debēt purificari a pecca=
tis.ſaltē generali cōtritiōe:etiam ſi nō habeāt ꝯſcientiā
certi peccati:cū bonarū mentiū ſit culpā timere:vbi cul
pa nō exiſtit:exēplo beate ꝟginis purificatiōe minime ī=
digētis:ꝓpter qđ cōſuetudo eſt ꝙ aqua bn̄dicta habet Aque bn̄=
ante fores eccleſie:vt ingreſſuri eiꝰ aſperſione purificē= dicte rō.
tur/etiā a venialibꝰ/qui de mortalibꝰ ſibi cōſcij nō exi=
ſtunt. In cuius figura labiū cum aqua erat ante oſtiū ta
bernaculi:et ibi aaron et filij eiꝰ ingreſſuri tabernaculū
lauabant manꝰ et pedes.¶ Secūdo debēt eſſe brachijs
ſancte matris eccleſie ſupportati:ſicut xp̄s portatus eſt
in templum brachijs ſue matris:vt de fidelibus digne
eccleſiam ingredientibꝰ/dicat iꝑa mater eccleſia illđ
Oſee. Portabā eos in brachijs meis. Extra iſta autem Oſee.xj.
brachia vnitatis eccleſie ſūt heretici qui oberrāt a fide:
ſciſmatici qui deuiāt a charitate:et oēs excōicati ꝗ ꝑſci=
ſi ſunt ab vnitate eccleſie. Hi enī oēs qui nō portantur
in brachijs matris eccleſie:nō ſunt idonei ad ingreſſum
eiꝰ.vt dicit Cyprianꝰ. Nō poteſt habere deū patrē:ꝗ ma Cypri.
tris eccleſie nō tenet vnitatem. Fruſtra ergo et indigne
eccleſiam materialē ingredit:qui īter brachia eccleſie
myſtice non conſtringitur.¶ Tertio debēt eſſe recte in= Intentio
tentionis fine ordinati:vt videlicet cauſa deuotionis et templū in
orationis ingrediant eccleſiā:nō cā vane ſimulationis gredien=
ſicut hypocrite. Nō cauſa oſtētationis ⁊ inanis glorie: tium.
ſicut illi ꝗ ſe ornāt ī veſtibꝰ ⁊ alijs vt appareāt hoibus.
Non cā laſciuie:ſicut qui vadūt ad eccleſiā ad videndū
mulieres vel viros:vt concupiſcant et concupiſcantur.
Non cauſa vanitatis et ſolatij:ſicut qui vadūt ad eccle=



ſiā vt vacēt vanis colloquijs:cachīnis/et leuitatibus.
Non cauſa queſtus et auaricie:ſicut clerici qui vadunt
ad eccleſiam ſolum propter preſentias ſibi dandas:vel
qui vadunt ad negociationem ⁊ cauſa lucri temporalis
Hi enim omnes quia finem debitum non intendūt/ nō
ſunt digni ingredi in templum:qꝛ ingrediētes nō ſiſtūt
ſe domino:nec veniunt ſpiritu in templum. Unde nō vi
dent chriſtum:nec eum amplexari poſſunt ſpiritualibꝰ
Beda. anime brachijs. Et nota ſm Bedam: ꝙ ille poſt circū=
ciſionem hieruſalem allatus ⁊ domino oblatus eſt:qui
Pſalmo. iuxta eum qui dixit. Declīa a malo ⁊ fac bonum:poſtꝗ̄
xxxvj. deſijt a peccatis:bonis cepit operibus abundare:ꝗ di=
Pſalmo. cere poteſt. Oculi mei ſemper ad dominum:⁊ audiā vo
xxiiij. cem laudis tue:qui dicit. Chriſti bonus odor ſumus:⁊
ij.Cor.ij. leuaui manus meas ad mandata tua:et conuerti pedes
pſ.cxviij. meos in teſtimonia tua:qui ſiue manducat/ſiue bibit/ſi
ue aliud quid agit/omnia in gloriam dei facit: et dicit.
Ibidem. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua domine:et ad ex
tremum cor meum et caro mea exultauerunt in deū vi=
Templi uum. Quare autem ſaluator in templum portari voluit:
ſanctifi= preter rationes alias poteſt eſſe ratio/vt per ſuam ꝑſen
catio. tiam templum ſanctificaret:ſicut baptizatus eſt vt iꝑe
aquas ſanctificaret. Unde ſicut per baptiſmum chriſti
non ſolum ſanctificata eſt illa pars aque iordanis ꝗ teti
git carnem chriſti:ſed et omnes aque:ſic per eius dela=
tionem in templum illud in hieruſalē: ſanctificata ſunt
omnia templa in eius nomine dedicata:propter qđ ſta=
tutum eſt ꝙ in eccleſijs debet haberi etiam corporalis
chriſti preſentia:videlicet in ſacramēto. Unde etiā ibi
reconduntur reliquie ſanctorum:ibi etiam miniſteria fi=
unt angelorum. Et ideo dignum eſt vt eccleſie in vene=
ratione habeantur:⁊ non niſi cum ſumma reuerentia ⁊
Pſ.xcij. deuotione frequententur. Unde ſm Pſ. Domū dei de
cet ſanctitudo. Poſſunt autem hec exponi de tēplo mē
tali:in quod verbum eternum quotidie inducitur a de=
j.Cor.iij uotis fidelibus:de quo ait apoſtolus. Templum dei ſā
Templi ctū eſt quod eſtis vos. Et quia nobilitas cuiuſlibet rei
mentalis ex eius cauſis colligitur:hinc eſt ꝙ huius templi nobi=
dignitas litas colligitur ex quattuor cauſis:ſcilicet ex efficientꝭ
ex cauſis dignitate:et materie precioſitate:⁊ forme ſpecioſitate:
anime ra= ⁊ ex finis honorabilitate. Primum patet:quia hoc tem
tionalis. plū quod eſt mens anime rationalis:eſt ab ipſo deo met
immediate creatum:et hoc arguit maximam anime no=
bilitatem:nam ad creandam animam:deus nō aduoca=
uit aliquam creaturam:ſed ipſa trinitas ſemetipſam in
Geneſ.j. uitauit dicens. Faciamus hominem. Non enī hoc ꝟbū
dixerit deus ad angelos.vt dicit Aug. Sꝫ iꝑe pater ad
alias perſonas in diuinis. Et ex hoc oſtenditur hoc eē
opus ſingulare ipſius trinitatis.¶ Secūdum patet: qꝛ
Vt enī ait hiero. Non hieroſolimis fuiſſe: ſed hieroſolimis bene vixiſſe laudandū eſt. Vñ augu. ad fratres heremitas. Non enī ſatis prodeſt ꝙ iſtū locū expetiuimus ſi tales ſimus quales in ſeculo eſſe poteramus. Nunq̄d nobis habitatio huiꝰ ſecreti aliquid prodeſt quādo tyrannico dñatu malicia in nobis regnat. quando ira ſupequitat: quādo maiorē nobis victoriā humanꝰ oculus q̄ diuinꝰ inducit: q̄ñ laudabiles heremite extra mundū nos eſſe credimꝰ: et ꝑ diuerſarū paſſionū vitia mūdū intra nos incluſum tenemꝰ: ita vt q̄ putabamus nos precibus nr̄is ſeculo ipi ſuccurrere: pene neceſſe ſit vt videamur magis ſeculi interceſſoribꝰ indigere. Dubiū q̄ppe nō eſt ꝙ illa aīa que ꝯcupiſcētia voluptatū poſſeſſa efficitur: mūdane cōuerſationis nō poſſit effici regnū diuinitatis. Ideoq̄ fratres videte vocationē veſtrā. Venire quidē ad heremū ſumma ꝑfectio eſt: ſed nō ꝑfecte in heremo viuere ſūma dānatio eſt. Quid enī prodeſt ſi locus corporaliter quietꝰ teneat: et inquietudo in corde verſet? Quid inq̄ ꝓdeſt ſi in habitatiōe ſilentiū in habitatoribꝰ ſit vitioꝝ tumultꝰ ⁊ colluctatio paſſionū: ſi exteriora nr̄a ſerenitas teneat / ⁊ interiora tēpeſtas. Nō enī ideo ad locū iſtū venimꝰ vt nobis mūdus famuletur: vt rebꝰ oībus abūdātes oī quiete fruamur: nō vtiq̄ ad requiē: nec ad ſecuritatē ſꝫ ad pugnā huc venimꝰ: ad agonē ꝓceſſimus: ad exercēda cū vitijs bella properamus: vt ligue gladio retūdamur: vt nō ſolū nō inferamꝰ iniurias / ſed ſtatī ſentiamꝰ illatas. hec augu. Sed heu pauci hodie religioſi reperiūtur qui de bono in meliꝰ proficiūt / et de virtute in virtutē aſcēdūt. Vñ berñ.

Berñ. de raro monachorū ꝓfectu.

Multo faciliꝰ reperies multos ſeculares cōuerti ad bonum q̄ vnū de religioſis tranſire ad meliꝰ. Rariſſima auis in terris eſt q̄ de gradu quē in religione ſemel forte attigerit / vel parū aſcēdit. Aut aſcēdas neceſſe eſt: aut deſcendas ſi attentas ſtare vt ruas neceſſe eſt. Et iterū. Minime pro certo eſt bonus q̄ melior eſſe nō vult. et vbi incipis nolle fieri melior: ibi deſinis eſſe bonꝰ. Hec bernar.

Reditus Chriſti.

¶ Joſeph aūt ⁊ maria cū puero ieſu trāſeūtes iordanē venerūt in terrā iſrael ſm angeli iuſſionē. Nō enī determinauerat angelꝰ in quo loco terre iſrl': nec nominauerat aliquā ciuitatē determinate: vt dubitāte ioſeph iterū reuerteret. ⁊ ex reuerſione angeli inſtruētis eū de loco ioſeph ex frequētiori viſitatiōe angeli ⁊ locutiōe cū eo certior redderet et magis cōſolaret.. Quod ieſus in patriā ſuā reuerteret: nos quoq̄ in patriā nr̄am feſtinare ammonet. [Audiēs] vero ioſeph [ꝙ archelaus] filius herodis ſenio / regnaret in iudea ꝓ ſuo patre: timuit illucire pre archelao paterne crudelitatis herede. quia ille tanq̄ pricipalis magis pro pr̄e zelabat: et oīs ipetꝰ ꝑſecutionis in bethleē eiuſq̄ finibꝰ deſeuiebat.

Judea. ps. lxxv.

Judea aliquādo accipit ꝓ tota terra .xij. tribuū. vt ibi. Notus in iudea deus. Aliquādo ꝓ ſola terra tribꝰ iude. vt ibi. Judea ⁊ hierl'm nolite timere. Aliquādo ꝓ terra duaꝝ tribuū. ſcꝫ iude ⁊ beniamin vt hic dicit: ꝙ archelaus regnauit in iudea. Diuiſū ergo erat regnū: ⁊ iā a pluribus regebatur.

Herodis teſtamentū: ⁊ filij.

Ad cuiꝰ euidētiā eſt ſciendū: ꝙ ſm opinionē magis ꝓbabilē herodes moriens cōdidit teſtamētū: in quo ordinauit archelaum filiū ſuū regni ſui ſucceſſorē; ita tñ ꝙ coronā ſibi nō īponeret niſi ꝑ romanū īperatorē. Ad ſumēdū igit dyadema romā venit: ſed ⁊ fratres eiꝰ duo ſcꝫ herodes antipas et philippꝰ: qui cū ipſo poſt mortē pr̄is ſuperſtites erāt: qr alios tres filios ſcilicet antipatrū ſuum primogenitū et alexandrū ⁊ ariſtobolū pater ante mortem ſuum miſerabilem necauerat: etiaꝫ romam venerūt et paterne hereditatis partē petierūt.

Diuiſio iudee.

Tandē imperator ⁊ ſenatus romanoꝝ / volētes frāgere iudeoꝝ ſupbiā: ⁊ auferre eis rebellādi occaſionē / abſtulerūt eis regū nomen: ⁊ diuiſerunt regnum in quattuor partes ſcꝫ tetrarchias: quarum duas ſcilicet iudeam et abilinam dederunt archelao filio ſeniori: tertiā vero ſcilicet galileam et regionem tranſfluentem dederunt herodi antipe: ſub quo iohannes eſt decollatus / et dñnꝰ paſſus: ſed quartam ſcilicet itureā et traconitidem regionem dederunt philippo: cuius vxorem abſtulit ipſe herodes antipas frater eiꝰ. Et ſic archelaus erat dyarcha: ſed alij duo fuerūt tetrarche. Adhuc autē preter herodem aſcalonitā et herodem antipam ſupradictꝰ etiā tertius herodes dictus agrippa filius ariſtoboli filij herodis aſcalonite fuit: qui iacobum fratrem iohānis gladio occidit: et petrum incarcerauit. Et quia archelaus fuerat a patre quātū in ſe erat in toto regno iudeorum ſubſtitutus: ideo magis fauebat factis a pr̄e: propt quod ioſeph timuit ire in iudeā [et ammonitus in ſomnis] per angelum iuit cum puero et matre eius in ga-



lileā vbi dñabat alius filius ſ. herodes: q̄ portione ſibi debita patre q̄tum in ſe erat ante priuatus fuerat: propter q̄d ioſeph ibidē cū puero ſecurius manſit: q̄ ⁊ ipa terra iſrael erat: qr eā iſrael incolebat [Et veniēs habitauit in ciuitate que vocatur nazareth] vt ibi chriſtus nutriretur vbi fuerat conceptus: licet in bethleem fuerat natꝰ: ibi enim ſecuriꝰ habitare poterat q̄ in hieruſalem / vel bethleem vbi archelaus manebat. Vñ Chryſ.

Chryſ.

Venit igitur ieſus in nazareth: non ſolum periculi timore: verumetiam patrie amore cogente. ſ. vt ſecurius ibi habitaret et gratius: hoc autem factum eſt [vt adimpleret q̄d dictum eſt per prophetam: q̄m nazareus vocabitur] ly vt tenetur cōſecutiue non cauſaliter: qr ꝓphetia non eſt cauſa euentus rei: ſed euentus eſt cauſa īpletionis prophetie.

Nazareꝰ xp̄s ē nūcupatus.

Nazareus autē chriſtus eſt nūcupatus: tam ex loci appellatione vbi cōceptus eſt et nutritus: q̄ ex ſacramento legis ſm quā nazareꝰ ſanctus interptat: ⁊ dñm oēs ſcripture ſanctū dicūt ⁊ teſtant. Sicut ergo elegit locū in quo naſceretur: ſic ⁊ ciuitatem in qua coadoleſcens nutriretur: cuius nomen eſt inditio / q̄d eſſentialiter ipſe fons ſanctitatis in ſanctitate nutritus:

Nazareth

ſanctus ſanctoꝝ quaſi nazareus nazareoꝝ recte dr̄. Nazareth enī flos cāpi / vel germē nouellū / vel ſanctitas interpretatur: de cuiꝰ radice germinis ſanctꝰ ſanctorū. i. nazareꝰ aſcendiſſe legit. Vñ et ex hoc ꝙ xp̄s dictus eſt nazareus diſcipuli eiꝰ ⁊ chriſtiani priꝰ cōmuni nomine

Nazarei vocabant qui nunc xp̄iani

cōſueuerūt nazarei vocari: ſed poſtq̄ petrus antiochenam ſedē tenuit / cōmuni ꝯſilio greco noīe a xp̄o xp̄iani dicti ſunt. In nazareth ergo cōcipi ⁊ nutriri chriſtus voluit: vt ꝑ hoc daret intelligi ꝙ florida fuit ⁊ eiꝰ cōceptio: qr ſine peccato originali: ⁊ eiꝰ cōuerſatio quia ſine

Bernar.

actuali. Unde dicit Ber. ꝙ amat florigerā patriā: flos de radice yeſſe. In hoc aūt ꝙ derelīq̄t egyptū ⁊ venit ī galileā / habitauitq̄ in nazareth: dat nobis exēplum ꝙ ſtatū culpe debemꝰ deſerere / ⁊ de vitijs ad ꝟtutes trāſire: in ꝑſeuerātiaq̄ bonoꝝ opeꝝ florere: vt ſic ad patriā celeſtē valeamꝰ ꝑuenire. Ecce reduximꝰ puerū ieſū de egypto. Eo reuerſo ſorores domine alijq̄ conſāguinei ⁊ amici cōcurrūt: ⁊ ad viſitandū eos feſtinant. Ipi aūt nazareth remanent ⁊ pauperē vitā ducūt. Vbi more ſolito ioſeph opas fabriles locauit: et maria filādo ⁊ ſuendo / ⁊ al's ꝓut potuit laborauit: ac nihilominꝰ circa filiū

Anſelmꝰ. De ſedulitate marie ī filiū.

ſuū diligēs ⁊ ſollicita fuit. Vñ enī ait Anſel. Nec ē aliqua ſciētia q̄ poſſit penetrare: nec eloquētia q̄ poſſit predicare quāta dulcedinis ſedulitate paruulū fouerit: q̄ta diligentia obſequioq̄ adoleſcentē / ⁊ in robur etatis ꝓuexerit vadētē. Et vt ipſamet cuidā deuote ꝑſone reuelauit: multotiēs cū filiū ſuū gremio cōfoueret: pre nimia deuotionis dulcedine caput ſuum capiti filij acclinās tantas lachrymas effudit / vt caput ⁊ totā eiꝰ faciē lachrymis amoris rigaret ⁊ dicebat. O ſalꝰ ⁊ gaudium aīe mee. Quis hec audiēs vel mēte tractās ſe a lachrymis poterit cōtinere? Exide vſq̄ ad duodecimū annū

Chriſti infantis officia.

pueri ieſu nō legit aliq̄d de ipo vel eiꝰ parentibꝰ. Dicit tñ (⁊ ꝟiſimile eſt) ꝙ in nazareth adhuc ē fons paruꝰ ad quē dña aliq̄ñ ibat: ⁊ de quo puer ieſus frequēter aquā hauriebat ⁊ matri miniſtrabat: vtpote qui ſubditus illi erat. Pro ſūmis ergo delicijs interdū aquā tribuit ſue matri qui dat eſcam omni carni. Vbi etiam herbas in agris collegit: de quibꝰ mater olera conficeret. Faciebat huiuſmodi ſeruitia matri humilis dñs: nō enim habebat aliū ſeruientē vel iuuantē in neceſſitatibus. In humilitate ſe tēpeſtiue exercere cepit: de qua poſtmo-

Mat. xj. Anſelmꝰ.

dū pre ceteris virtutibꝰ gloriādo dixit. Diſcite a me qr mitis ſum ⁊ humilis corde. Vñ Anſel. Nihil veſanitatis eſtimes tibi acceſſurū / ſi eum apud nazareth puerū īter pueros contempleris: ſi obſequentem matri: ſi opāti nutritio aſſiſtentem intuearis.

Oratio.

O Jeſu mitiſſime / qui de ꝟgine natꝰ in ptes egypti ſeceſſiſti: ⁊ ab egypto vocatꝰ in terrā iſrael redijſti: reuoca me dñe ſeruū tuū a vultu oculorū tuoꝝ in egypto huius exilij proiectum. in huius peregrinatiōis tenebris exulatū: ab egypti partibus / a mundane cōuerſationis tenebris reduc corpe: reduc mente: reduc et voluntate: fac me vitia deſerere: ⁊ ad virtutes tranſire: ⁊ in terrā promiſſionis me digneris introducere modo fide: ſpe: et charitate: in futuro vero / re: ſpe: glorificatione et veritate. Amen.

¶ De eo ꝙ puer Jeſus remāſit in hieruſalē. Et inuentꝰ eſt in templo. Capitulum. xv.

Luce. ij.

PUer autē Jeſus creſcebat] in augmēto [⁊ cōfortabat] ī vigore. ſ. q̄tū ad corpꝰ: ⁊ ne q̄s imaginetur ita cum creuiſſe ſm aīam: ſicut creuit ſm corpꝰ: ideo ſubdit ꝙ erat [plenꝰ ſapientia] .ſ. q̄tum ad aīam [et grā dei erat in illo] .ſ. q̄tū ad vtrūq̄. Vñ ſm

Beda. de plēitudīe ſapiētie xp̄i.

Bedam. Qr in chriſto habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter: ideo puer iſte erat plenꝰ ſapientia. nec ſm hoc indiguit augeri vel confortari: vtpote verbum dei et deus: ſed in q̄tum fuit homo erat ī eo gratia. Magna enim gratia illi homini xp̄o donata ē / vt ex quo hō fieri cepiſſet perfectus eſſet et deus. Et ſm eūdem Bedā. Huic ſimile ē q̄d ſcribit Johānes eū plenū gratia ⁊ veritate: eandē ipſe diuinitatis excellentiā noīe ꝟitatis quā lucas ſapientie nomīe cōmendauit.

Virtutes oēs p̄ter fidē ⁊ ſpē habuit xp̄s: nec creſcebat in aīa.

Habuit q̄ppe xp̄s plenitudinē omniū virtutū donorū ſpūs ſancti exceptis / fide / et ſpe: pro quibꝰ habuit certam ſcientiā ⁊ firmā tentionē: qr ab inſtanti ſue cōceptionis beatꝰ fuit. Quotiēs ergo xp̄s creſcere ⁊ cōfortari vel tale aliquid agere dicitur: oīa ad corpꝰ referant. Nā ſm aīam ab inſtanti cōceptiōis totaliter perfectus fuit: ſed hāc perfectionē non oñdebat niſi ꝓut cōuenientia tp̄is exigebat.

Berñ.

Vñ Berñ. Vir erat ieſus nōdū natus: ſed ſapientia nō etate: aīe vigore nō corporis maturitate: ītegritate ſenſuū nō corpulētia membroꝝ. Neq̄ enī mīnꝰ habuit ſciētie ieſus cōceptꝰ q̄ natus: paruus q̄ magnus. Siue ergo latens in vtero: ſiue vagiens in preſepio: ſiue iā grādiuſculus interrogās legis doctores in tēplo: ſiue iam perfecte etatis docēs in populo: eque perfecte fuit plenus ſpū ſancto. De his ⁊ huiuſmodi habes etiā infra in fine huiꝰ capituli [Et ibant parentes eius] tanq̄ deuoti ⁊ religioſi legis obſeruatores [ꝑ oēs annos] vt eſſent [in hieruſalē ī die ſolēni paſche] ſcꝫ paraſceue vt legem audirēt: ſacrificijs participarent: ſolēnitati intereſſent: ⁊ eius adhuc vmbre ſeruiebāt: cuius iā veritatem tenebant.

Feſtiuitates legales iudeorum

¶ Vbi nota ꝙ legales feſtiuitates iudeorū quedā erāt cōmunes ⁊ continue: quedā anniuerſarie. Communes ⁊ continue erant due. ſ. ſabbatum quo vacabant ab omni ope: ꝙ illo die deꝰ requieuit ab omni opere creatiōis. Alia eſt neomenia in pricipio. ſ. noue lune ad laudem creatoris: qui creauit omnia tp̄a. Anniuerſarie vero feſtiuitates erant quinq̄. ſ. feſtum paſche: quod celebratur decimaquarta luna menſis primi. Erat hec feſtiuitas in memoriam liberationis de egypto. Secunda erat feſtiuitas penthecoſtes que celebrabat quīquageſima die a paſcha: eo ꝙ tunc data fuit lex iudeis in monte ſinai a deo. Tertia feſtiuitas erat tubarū ⁊ clangorū: que erat prima die menſis ſeptembris: tunc enim buccinabant cornibus pecorum: in memoriam ꝙ eadem die fuit iſaac liberatus ab immolatione patrꝭ pecore ſubſtituto pro eo. Quarta feſtiuitas erat propitiationis: ⁊ celebratur decima die menſis ſeptēbris: quia eadem die venit ad eos moyſes referens dei iram placatam de offenſa conflationis vituli quem adorabant. Quinta erat ſcenophegia / ſcilicet feſtum tabernaculorū / quod erat decimaquarta die ſeptembris: ⁊ tunc illis diebus habitabant in tabernaculis in memoriam ꝙ patres eoꝝ quadraginta annis in deſerto fuerunt ſub vmbraculis habitantes. Inter has quinq̄ feſtiuitates ſole tres ſcilꝫ paſche: penthecoſtes: et ſcenophegie erāt ſolēniores / ⁊ protendebantur ſeptem diebus. In his tribus omē maſculinum ſm preceptum legis aſcendebat in hieruſalem: vt appareret coram domino: qui tamen erant remoti ex rationabili cauſa de penthecoſte et ſcenophegia ſe poterant excuſare: ſed de paſcha non niſi infirmitate cogente. Iſta autē lege mulieres non erant aſtricte: ſꝫ tamen plurime veniebāt ex deuotiōe. Vñ et beata virgo aſcendebat ſingulis annis: nolens pueꝝ dimittere ſine cura: maxime q̄diu regnauit archelaꝰ. Quis ergo parētes timerent archelaum: ibant tamē in hieruſalem ad diem feſtum: quia poterat fieri vt tunc inter tam ingentē turbam latenter aſcēderēt mox reuerſuri: vt nec ſolēnitate ꝑtermiſſa eſſent irreligioſi: nec longa māſione cōſpicui. [Et cū factus eſſet ieſus annorum duodecim: aſcendit

a

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cū parentibus ſuis ſm legis ꝯſuetudinē ad diē feſtum
in hierl̄m. Per hoc oſtendit ꝙ a puericia debent hoīes
aſueſcere ad diuīa: ⁊ ad idē facit ꝙ alijs recedētibꝰ in
Labores xp̄i et obſeruatio legis.
loco diuini cultꝰ remāſit. Laborauit ergo etiā nūc puer
ieſus itineribꝰ longis. ⁊ vadit vt honoret patrē ſuū ce-
leſtē in feſtis ſuis obſeruās hūiliter legē dn̄s legis. Qꝛ
enī dn̄s venit vt daret om̄is ꝑfectionis et humilitatis
exemplū: voluit legē ꝙdiu ſtatū habuit conſeruare. vbi
Beda.
Beda. Seruauit ipſe legē quā dedit: vt nobis q̄ hoīes
ſum̄ puri / oſtēderet ſeruandū ꝑ oīa q̄cquid deꝰ iubet.
Sequamur ergo iter hūane cōſeruationis eius ſi dei-
tatis gloriā delectamur intueri. hec Beda. Nos itaqꝫ
serui: ad exemplū dn̄i debemꝰ magno ſtudio bonorum
operū et preuenire ſolēnitates / et celebrare / ac ſollici-
te diuina p̄cepta obſeruare. Unde quidā frater tā ma-
gne deuotiōis ad feſta chriſti ⁊ beate virginis: ⁊ ad fe-
ſtū oīm ſanctorū erat: ꝙ an̄ quodlibet feſtū ieiuneis / ac
oratiōibꝰ / et caſtigationibꝰ: ad ſuſcipiēdū ip̄m feſtū ſe
p̄parabat: ⁊ q̄diu aliqꝺ feſtū durauit: tā diu circa illud
Moralit.
meditationibꝰ / ⁊ oratiōibꝰ ſe occupauit. ¶ Moralit hic
De feſtis celebrandis.
inſtruimur ꝙ ſpecialiter in diebꝰ feſtiuis: quilibet chri-
ſtianꝰ debet ire ad locū quē elegit dn̄s. i. ad eccleſiam:
nō ad theatrū: vl̄ tabernā. Debet vacare diuīs laudibꝰ
nō choreis et vanitatibꝰ. Debet īſiſtere elemoſinis nō
vſuris: vel ſpolijs. Debet intēdere bonis operibus / non
cōmeſſationibꝰ ⁊ ebrietatibꝰ. Nā de his q̄ secꝰ faciunt
Eſaie. j.
dicit dn̄s in Eſaia. Solēnitates veſtras et neomenias
veſtras odiuit anima mea. Poſtq̄ ergo ieſus ad etatē
xij. annoꝝ venit: ſuā ſapientiā manifeſtare cepit: ⁊ ape-
Etas duodēnis
rire quid patri celeſti: quid terrene mr̄i deberet. Etas
enī duodēnis typꝰ erat duodeci aplōꝝ ꝑ quos diuitas
et hūanitas eius erat ꝑ orbē nunciāda vniuerſum. Re-
cte ergo in duodenario numero iubar ꝑfectiōis eiꝰ de-
clarari incepit: ꝑ quē quaſi ꝑ duodeci tribꝰ: ⁊ ꝑ duode
ci aplōs vniuerſitas ſaluandoꝝ ſignificatur. [Cōſūma
tis aūt diebꝰ] feſtis / ⁊ ꝯpleta ſolēnitate q̄ per dies octo
durabat: recedētibꝰ parētibꝰ [remāſit puer in hierl̄m]
nō a caſu: nec parētū negligētia vel obliuiōe: ſed ſua vo
luntate ⁊ ordinatione: vt a pueritia zelū ſuū oſtenderet
circa ſpiritualia. ⁊ ſicut parētibus qꝺ debebat exhibue
rat: aſcēdens cū eis tanq̄ hō cū hominibꝰ ad offerenda
deo ſacrificia: ſic etiā patri debitū ſpiritualis doctrine
vacando exhiberet [Et nō cognouerūt parētes eius] ſꝫ
nō aduerterūt ꝙ in hierl̄m remaneret [Exiſtimātes illū
eſſe in comitatu] id eſt inter eos qui ſimul fuerāt comi-
tati. Secreto aūt et eis ignorātibꝰ remanere voluit: ne
aut eis obediēdo recedēs retraheret a diſputatiōe: aut
Religio nolētibꝰ parētibꝰ acceptari poteſt.
nō obediēdo remanēs videret eos cōtēnere. Hinc ha-
bet argumētū ꝙ filiꝰ abſqꝫ cuiꝰ p̄ſentia pater et mater
vitā pn̄t trāſigere: ipſis etiā neſcientibus aut nolētibus
pōt ad religionē ⁊ ad ſtatū ꝑfectiōis euolare: ſeqꝫ diuīo
cultui mācipare: diſcretionis iudicio comite. Et impe-
Marci. x.
ditoribꝰ ait dn̄s. Sinite ꝑuulos venire ad me: taliū ē eī
regnū celorū. ¶ Sed q̄rit hic qūo parētes eiꝰ obliuiſcē-
De ignoratiōe parētū xp̄i queſtio.
do eū relinq̄re potuerūt: qui tāta cura nutriuerunt? Ad
hoc dicēdū: ꝙ mos erat filijs iſrael ad feſta ꝯfluētibus:
vel ad ꝓpria redeūtibꝰ: vt ſeorſū viri ⁊ ſeorſū mulieres
ꝓpt̄ mūdiciā caſtitatꝭ incederēt: vt ab īuicē cōtinētes:
magis religioſe ſm legis dationem feſta celebrarēt. ⁊
ne eorū mixta ſocietate aliquid inhoneſti cōtingeret.
pueri aūt cū quolibet parēte indifferenter ire poterāt.
Un̄ ioſeph vidēs puerū ieſū nō eſſe ſecū: putabat eū eē
cū maria ī comitatu mulierū: ⁊ ecōuerſo maria putabat
eū eē cū ioſeph ī comitatu viroꝝ. Sic ḡ [venert iter vniꝰ
diei] a hierl̄m ſine puero: cū hac exiſtimatiōe ꝙ eſſet in
comitatu virorū vel mulierū. Et cū in ſero veniſſent ad
locū vbi hoſpitari debebāt: vidēs dn̄a ip̄m ioſeph ſine
Marie dolores.
puero quē cū eo redijſſe credebat: dolore vehementi cō
cuſſa cum lachrymis per domos q̄ decenter poterat ſe
ro circuibat: et de ipſo puero querebat. Joſeph vero ſe
nex cū fletu eā ſequebat et aſſociabat. Uade et tu ſemꝑ
cum eis ⁊ quere puerū ieſum donec inuenias. Puero
autem a parentibus tunc non inuento / qualem quietem
habere poterant tu ipſe cogita: et maxime mater que
ipſum arctius diligebat. Et licet a notis cōfortaretur:
tamen conſolari non poterat. Quid enim erat perdere
ieſum. Conſpice bene ipſam / et vehementer ei compa-
tere: quia in magna anguſtia eſt nūc anima ſua. Nunq̄
ex quo nata eſt vſqꝫ tūc fuit in tāta. Nō ergo turbemur
qn̄ tribulationes habemꝰ: cū etiā matri ſue nō pepercit
dn̄s. Ad ſuos enī eas venire ꝑmittit. ⁊ ꝑ iſtas ſignū ſue
dilectionis ſuis oſtēdit. Tandē dn̄a in camerā ſe reclu-
dēs: ⁊ ad orōnē ⁊ plāctū ſe ꝯuertens: ꝑ totā noctē illā an-
guſtiabat ſuꝑ dilecto filio ſuo. Mane vero ſeq̄nti tēpeſti
ue domū exeūtes: eū etiā ꝑ circūſtantia loca q̄rebāt: nā
reditus ꝑ plures vias patebat. Circūeundo igit eū in
vtraqꝫ comitiua req̄rebant. id eſt iterū et iterū q̄rebāt.
maxime [inter cognatos et notos] amicos q̄ in vtroqꝫ co
mitatu erāt. Quo etiā tūc nō inuēto mater ſine ſpe anxie
batur ⁊ conſolari nō poterat. Hec diligenter recogita:
quātis vulneribꝰ ⁊ cruciatibus cor beate v̄ginis tunc
ſauciatū fuerat: q̄ ſuſpiria: q̄ lamenta: quas anxietates:
ꝑtulerit cū q̄ſitū filiū nō inuenit? Jā experiri cepit qua
lis eſſet futurꝰ dolor eiꝰ: de quo p̄dixit ei ſymeō dicēs.
Tuā ipiꝰ aīam ꝑtrāſibit gladiꝰ. Neſciebat v̄go q̄d age
ret: qꝛ theſaurū ſibi pie ꝯmiſſū a deo: ꝑdiderat. Un̄ la-
Geneſis. xxxvij.
mētabilit potuit dicere. illud Geñ. puer v̄o nō ꝯparet:
⁊ ego quo ibo. Cōſidera hic ꝙ beata v̄go de tra ſua ex-
pulſa ⁊ in egyptū fugata: in tāta tribulatione poſita filiū
nō ꝑdidit: ſed poſtq̄ ad feſtiuitates iuit ip̄m amiſit: per
qꝺ dat intelligi ꝙ ieſus ſepe in aduerſitate cuſtodit / et
in proſperitate ꝑditur. Tertia vero die regreſſi ſunt in
hierl̄m: a qua ꝑ vnā dietā receſſerāt / ⁊ eū ibidē require
bāt. Puto ꝙ cū labore multo itineris ⁊ lachrymis plu-
rimis v̄go iterato redijt hierl̄m: et appropriate potuit
Cāti. iij.
dicere illud Can. Queſiui quē diligit aīa mea: queſiui
illū ⁊ nō inueni: ſcꝫ inter cognatos et notos. Surgam
ergo eūdo de loco ad locū / ⁊ circuibo ciuitatē ꝑ vicos ⁊
Cur poſt triduū inuentus.
plateas: ⁊ q̄rā quē diligit aīa mea. Et poſt triduū amiſ-
ſionis eiꝰ in quo p̄figuratū eſt triduū mortis eius in q̄
credebat amiſſus: quarto die mane [inuenerūt eū in tē-
plo] vt ſm ambro. daret indiciū: qꝛ poſt triduū triūpha
Ambro.
lis paſſiōis reſurgeret / q̄ credebat mortuꝰ: ⁊ tūc cū glo
ria imortalitatis eſt inuētus. Jnuenerūt ergo eū in tē-
plo in loco vtiqꝫ deuoto / in loco dei ſancto. Nō inuenert
eū ī theatro aut foro vel ludo: ſicut ſolēt pueri inueniri:
ſed in loco deputato doctrine ſacre ⁊ orationi. Filiꝰ li-
Diligens domū dei oſtēdit ſe filiū dei.
bēter in domo patris ſui manet. Jlle igit qui libenter
ſtat in eccl̄ia: ſignū eſt ꝙ ſit filiꝰ dei: qꝛ ſtat ī domo pr̄is
ſui: ille v̄o qui libēt ſtat in taberna: ſignū eſt ꝙ filius ſit
diaboli: qꝛ morat in domo pr̄is ſui. Jnuenerūt inq̄ eū
in tēplo: nō huc atqꝫ illuc leuit (ꝓut mos eſt pueris) diſ
currētē: ſꝫ tanq̄ ſapiētie fontē [in medio doctoꝝ] vt me
lius oēs audire ⁊ cū eis cōferre poſſet. Cōpoſite [ſedē-
tē] ⁊ tanq̄ exemplar hūilitatis priꝰ [audiētē illos ⁊ in-
terrogantē] q̄ docētē. Jlle doctores interrogat ī tēplo
q̄ angelos docet in celo. Jlle doceri īterrogādo voluit:
q̄ v̄bū ſcientie ip̄is ſuis doctoribꝰ miniſtrauit. Jnterro
gabat nō qꝛ indigeret vl̄ vt addiſceret: ſed vt nobꝭ addi
diſcēdi ⁊ zelādi ſcripturas ſacras formā daret. et vt ea
q̄ nō intelligimꝰ interrogare nō erubeſcamꝰ: de quo tn̄
erubeſcūt multi ſuꝑbi: eligētes potiꝰ in errore ꝑmane-
re / q̄ inſtrui. Ad exēplū quoqꝫ hūilitatꝭ priꝰ audire: q̄
inſtruere volebat: docēs ꝙ hoīes docti promptiores de-
bēt eē ad audiēdū: q̄ ad docendū. Qꝛ q̄ prius rn̄det q̄
audiat: ſtultū ſe eſſe demōſtrat. Ad ꝓbādū etiā ꝙ deus
eſſet eoſdē hoīes ſubtilit interrogat et ſapiēter rn̄det:
ita vt audiētes inde ſtuperēt. Un̄ dr̄ [Stupebāt aūt]. i.
valde admirabāt [oēs q̄ eū audiebāt ſuꝑ eiꝰ prudētia]
interrogādo ⁊ opponēdo / ⁊ in reſpōſis ſoluēdo: qꝛ alias
inauditū fuerat ꝙ puer talis etatis tā ſapiēter locutus
eſſet. Stupor q̄ppe ē vehemēs admiratio rei oīno incō
ſuete. ⁊ ſic fuit hic. Audiuit enī humiliter / q̄ſiuit prudē-
ter / ⁊ reſpōdit ſapiēter cū tn̄ eſſet puer. Jpſe interroga-
bat: ipſe reſpōdebat: ipſe ſuas ⁊ illoꝝ q̄ſtiones ſoluebat:
morē agēs peritiſſimi magiſtri q̄ nūc interrogādo: nūc
Beda.
reſpōdēdo diſcipulos inſtruit. Un̄ ſm bedā. Ad oſtēdē
dū ꝙ hō erat oēs magiſtros hūilit audiebat: ⁊ ad ꝓban
dū qꝛ deꝰ erat eiſdē loquētibꝰ ſublimiter reſpondebat.
Stupebāt aūt vidētes eiꝰ īfantiā: ⁊ tn̄ ſic ſblimia loquē
tē: vidētes eū corꝑe ⁊ etate ꝑuū: ſꝫ interrogatiōibꝰ ⁊ re-
ſpōſis magnū hoīez ⁊ nō deū cōſiderātes: ⁊ int alta que
audiūt / ⁊ infirma q̄ vidēt dubia ām̄iratiōe turbantur.
Nos aūt nō cū ſenioribꝰ iudeorū ſuꝑ prudētia ⁊ reſpō-
ſis eiꝰ ſtupeamꝰ: neqꝫ miremur: ſꝫ ip̄z verū deū verūqꝫ
hoiem eſſe credamus: a quo eſt oīs ſapientia: et cū quo



fuit ſemꝑ ⁊ eſt ante euū: ſcientes ſm ꝓphetiā ꝙ ſic par-
uulus natꝰ eſt nobis ꝙ ꝑmanet deꝰ fortis [Et] parentes
eiꝰ [vidētes] eū in tēplo in medio doctoꝝ ſedētē [ammi
rati ſunt] valde ꝓpter rei inexperientiā: qꝛ nūq̄ fecerat
rē talē vel ſimilē. Mr̄ aūt eiꝰ quaſi reuiuiſcēs exhilara
ta deo gr̄as egit īmēſas. At puer ieſus vidēs matrē ve-
nit ad eā: quē ipſa ſuſcipiēs ⁊ dulciter oſculās / ac dein-
de reſpiciens in faciē eiꝰ decorā dixit ad illū [Fili q̄d fe
ciſti nobis ſic?] Quaſi diceret deſideratiſſime fili q̄re
hoc feciſti vt nobis ignorātibꝰ ⁊ neſciētibꝰ remaneres?
Quid tā dilecte ⁊ tā diligēti matri tātā materiā doloris
Mat non Joſeph īterrogat chriſtū.
inferre potuiſti? Peto fili hoc mihi īdicari vt dolor me-
us ex hac re conceptus / valeat mitigari: quē v̄go mat
ꝑ triduū anxio dolore q̄ſierat: poſt inuētionē int mero-
rē ⁊ gaudiū poſita pia correctiōe īcrepauit. Joſeph au-
tē lꝫ pr̄ eius diceret: non fuit auſus illum arguere: cum
firmiter crederet ip̄m dei filiū eē: ſed mr̄ ex maxima di-
lectione quā habebat ad filiū quē ſic q̄rebat / ſic argue-
bat illū: qꝛ amor excellēs neſcit modū. Loq̄tur ḡ ipſa et
Grego.
nō ioſeph: qꝛ in ea fuit maior doloris affectꝰ. Un̄ Greg.
Maria maternis affecta viſceribus quaſi cū lamentis
inquiſitionē doloroſam oſtendit: ⁊ oīa ſicut mr̄ fiducia-
liter ⁊ humiliter ⁊ affectuoſe exprimit dicens. Fili q̄d fe
Anſelmꝰ.
ciſti nobis ſic? Un̄ ⁊ Anſel. Quid ſi duodēnē ꝑ triduum
cū matre queſieris. O quanta copia fluent lachryme cū
audieris matrē dulci quadā increpatione filiū v̄beran
tem ⁊ dicētē. Fili q̄d feciſti nobis ſic? Uel poſſet dici ꝙ
non fuit increpatio / ſed pia de eiꝰ abſentia conqueſtio.
[Ecce pater tuus] ſcꝫ nutritiꝰ [⁊ ego dolentes] ſcilꝫ de
amiſſione tua ⁊ abſentia [q̄rebamꝰ te] cuius preſentia ē
Moralit
nobis dulciſſima. ¶ Jn quo moraliter inſtruimur ꝙ do-
lere debemus cū ieſum. i. ſalutem eternā amittimꝰ: qꝺ ꝑ
pctm̄ fit cū peccamꝰ. Et tūc eū queramꝰ ꝑ triduū peni-
tētie. ſ. ꝑ cōtritionē cū dolore: per cōfeſſionē cū pudore:
ꝑ ſatiſfactionē cū labore ⁊ reinueniemꝰ eū. Sꝫ heu mł-
ti plus dolent de amiſſione reꝝ trāſeūtiū q̄ de amiſſiōe
Bernard
eterne ſalutis ſue ⁊ alioꝝ. Un̄ Berñ. Cadit aſina / et eſt
Joſeph cur hic pr̄ dictꝰ.
q̄ ſubleuet. Perit aīa / ⁊ nō eſt q̄ ſuccurrat. Sacrata vir
go patrē eiꝰ appellat ioſeph: tū ꝓpter iudeorū ſuſpitio-
nē: tū ꝓpter eiꝰ educationē: tū ꝓpter genealogie expli-
cationē. Et nota ꝙ nunq̄ legimꝰ ioſeph dn̄o fuiſſe locu
tū: ſed hoc v̄gini dimittebat: qꝛ ad ip̄am ſicut ad veram
matrē magis pertinebat. Querendꝰ eſt ieſus ſocialit cū
Joſeph augmētū īterp̄tat.
maria ⁊ ioſeph: qꝺ notat cū dr̄ pr̄ tuꝰ ⁊ ego. Joſeph enī
interpretatur augmētū: ⁊ ſignificat oꝑa bona que ſemꝑ
debēt augeri. Maria īterp̄tat illuminata: ⁊ ſignificat fi
dem q̄ eſt illumiatio mētis: īterp̄tat ⁊ ſtella maris: ⁊ ſi-
gnificat charitatē: qꝛ ſicut ceteris ſtellis occidētibꝰ illa
nō occidit: ſic ceterꝭ v̄tutibꝰ deficientibꝰ illa nō deficit.
Cū tali igit ſocietate ieſus eſt querēdꝰ. ſ. cū fide bona
operatione ſollicita: ⁊ charitate ſuccēſa / ⁊ tūc inueniet.
Si enī alteꝝ iſtoꝝ defuerit inueniri non poterit. Debet
etiā queri lachrymabiliter: qꝺ notat ex eo ꝙ virgo dixit:
dolētes q̄rebamꝰ te. [Et ait ad illos] nō matrē exaſpe-
Reſpōſio xp̄i qualis fuerit.
rādo: ſed potiꝰ inſtruēdo: dicēs. [Quid eſt ꝙ me q̄reba-
tis?] ſcꝫ īter cognatos ⁊ cōſanguineos: cū potius debe-
retis me querere in tēplo: qꝺ eſt domus patris mei: ⁊ in
occupatione circa ſp̄ualia. Nō eſt vox indignantis: ſed
humiliter ſe excuſantis ⁊ myſteria detegentis. Nō enī
increpat ⁊ vituperat ꝙ eū quaſi filiū q̄rūt: ſed q̄ſi corri-
gendo verbū matris: q̄s ſibi verus pater ſit: ⁊ q̄d potiꝰ
eterno patri debeat illis ⁊ nobis inſinuat ſubdēs. [Ne-
ſciebatis: qꝛ in his q̄ patris mei] ſcꝫ dei [ſunt oportꝫ me
eſſe] ſcꝫ in tēplo / in doctrina / ⁊ in operibus q̄bꝰ manife
ſtet pater meus. q. d. Potiꝰ debeo reſpicere eū cuiꝰ ſū
eternus filius ſm naturam diuinam: q̄ te cuius ſum
filiꝰ ſm naturā humanā: ⁊ ioſeph cuiꝰ tātum ſum filius
nutritiꝰ: vn̄ nō debetis mirari: ſi vos dimiſi ꝓpt patrem
eternū cui plꝰ teneor. Magis afficiebatur ieſus ad pa-
trē naturalē ⁊ eternū q̄ ad matrē naturalē ⁊ patrē puta
tiuū. Quāuis enī parētes diligeret ⁊ eis obediēs fuit:
Deꝰ parētibus p̄ferendus.
tn̄ principalius deum honorare voluit. Jn quo datur
doctrina ꝙ pietas ad deū pietati reſpectu parētū ē pre-
ferēda. Diſcas igit ⁊ tu deū ⁊ parētes diligere ⁊ hono-
Moralit.
rare / eis obedire: ſed ī oībꝰ deū preferre. ¶ Nota etiam
moralit: ꝙ ꝑ hoc ꝙ xp̄s interrogationi rn̄dit: quaſi corri
gēdo v̄bū matris que ipſum dolore inter cognatos ⁊ no
tos queſierat omiſſionem vinculoꝝ ſanguinis pro par
te ſuggerit: oſtēdens ꝙ nō cōtingit metā ꝑfectionis atti
gere eū qui adhuc vagat in his q̄ corpori ꝯferūt: ⁊ ꝙ ho
mo deficit a ꝑfectione / ꝓpter affectū cognatoꝝ. Et hoc
innuit per primā clauſulā cū ait [quid eſt qꝺ me quere-
batis] ſcꝫ inter cognatos: et carnaliter ꝓpinquos. Per
hoc vero quod addit [neſciebatis] ⁊c̄. docet nos: nō ꝑ in-
fima gradi: ſed ad ſuperiora debere mētis oculos attol
Moralit.
lere. ¶ Moraliter ꝑ hoc ꝙ chriſtꝰ cū correptꝰ eſſet hic a
matre ſe dulciter et humiliter excuſauit: alibi aūt ſcꝫ in
nuptijs cū inuitatus eſt ad miraculū dure reſpōdit: de
dit nobis exēplū et formā humilitatꝭ / vt malimꝰ corri-
Primū v̄bū xp̄i ſcriptum.
pi q̄ laudari. ¶ Et nota ꝙ iſtud fuit primū verbū qꝺ ab
ore ſaluatoris prolatū eſſe legit: in quo ſuā diuinitatem
expreſſit. Et ip̄m verbū tante fuit altitudinis / ꝙ maria
et ioſeph ip̄m non intellexerūt. Et hoc eſt qꝺ ſubdit [Et
ip̄i nō intellexerūt verbū qꝺ locutꝰ eſt ad illos] ſcꝫ quod
de patre dixerat / et quid ꝑ hoc verbū īnuere vellet. Uo
lebat enī eis innuere: ꝙ ſicut ad patrē: ita ad ip̄ꝫ ꝑtīeret
cura tēpli: ⁊ ſpiritualiū et omniū que patris ſunt guber
natio: qꝛ amborū vna eſt maieſtas / gloria / et oꝑatio: ac
vna ſedes / et domꝰ nō ſolum materialis: ſed et ſpiritua
lis. Cū maria et ioſeph ieſum dei filiū crederent: non ta
men aīaduertunt q̄d dicat: nec diuine nature archanū ī-
telligūt: qꝛ talia ab eo audire adhuc aſſueti nō erant: et
de diuinitate ſua nondū ad eos loquentē audierāt. Uel
intellexerūt quid dixit: ſed nō ita plene vt poſtmodum.
¶ Jpſe vero ad matris requiſitionē ⁊ volūtatē redijt cū
illis nazareth ad eoꝝ cōſolationē vbi erat cōceptꝰ ⁊ edu
Deū ⁊ hoīminem ſe oſtendit chriſtus.
catꝰ. vn̄ ⁊ nazarenus eſt vocatꝰ. Nā qꝛ deus et homo eſt
vtrāqꝫ ſuā naturā nobis hic cōmēdat: et nūc excelſa dei
tatis: nūc infirma humane fragilitatꝭ p̄fert. Jiaqꝫ qua
ſi homo cū parentibꝰ hieruſalē aſcēdit: ſed quaſi deꝰ il-
lis neſciētibꝰ in templo remāſit: quaſi hō ſeniores inter-
rogabat: ſed quaſi deꝰ que ſeniores mirarent reſponde
bat. Quaſi dei filiꝰ in tēplo patris ⁊ ſuo cōmorat: quaſi
filiꝰ hoīs cū parentibus quo iubent reuertitur [Et erat
ſubditus illis] ad noſtrā inſtructionē / ⁊ ſuꝑbie noſtre cō
fuſionē / qui frequēter renuimꝰ ſubijci ſuperioribus no
ſtris. Erat q̄ppe ſubditꝰ illis: ſcꝫ in ea natura qua patre
Auguſti.
minor eſt. Quia vt dicit Augu. ſm formā ſerui puer xp̄s
minor erat: etiā parētibus ſuis. Et tu ergo ſubditꝰ eſto
ꝓpter illū: vt ad eū ꝑ obedientie laborē redeas: a quo ꝑ
inobedientie deſidiā receſſeras. Hic enī exemplū ⁊ for-
mā obediētie et humilitatis xp̄s nobis p̄buit ⁊ oſtēdit:
dū ip̄e iperator mundi: ⁊ cui mūdus ſubiectꝰ eſt parēti-
bus ſuis: et eoꝝ imperio humiliter ſubdi voluit. Audi-
ant ergo hec ſubditi: et ſubditi eſſe nō dedignent: ſi qui-
Subditi īterdū p̄ſtāt p̄latꝭ.
dē oībus p̄latis ſubditus fieri nō eſt dedignatꝰ. Prela
ti quoqꝫ nō ſuperbiāt: et in ioſeph p̄lato: et in xp̄o ſubdi
to intelligāt: quia ſepe fit vt maioris meriti ſint ſubditi
q̄ p̄lati. Qꝺ ſi intellexerit nō eleuabit ſuꝑbia: q̄ eſt ſubli
mior dignitate: ſciēs meliorē ſibi ſubiectum eſſe. Et ad
uerte q̄ta fuit dignitas v̄ginis: ꝙ ei ille ſubiectꝰ eſt: cui
Auguſti.
om̄is creatura ſubijcitur. vn̄ Aug. Hoc ſingulare priui
legiū habuit virgo: vt haberet ſibi ſubiectum quē nō ſo
lū humana creatura: verūetiam angelica reueret: ⁊ ado
Bernard de eo ꝙ xp̄s ſubditur.
rat multitudo. vn̄ Berñ. Pertractās hoc idem verbum
[et erat ſubditꝰ illis] mirare inquit vtraqꝫ: et elige id qꝺ
amplius mireris: ſiue filij benigniſſimā dignationem.
ſiue matris excellentiſſimā dignitatem. Utrūqꝫ ſtupor.
vtrūqꝫ miraculū: ꝙ femine deꝰ obtēperetur humilitas
abſqꝫ exemplo: ꝙ femina deo principetur ſublimitas ſi-
ne ſocio. Et ſubdit. Diſce ergo hō obedire: diſce terra
ſ̄bdi: diſce puluis obtēperare. Erubeſce ſuperbe cinis.
Deus ſe humiliat: ⁊ tu te exaltas. Deus ſe hoībꝰ ſubdit:
et tu dn̄ari geſtiens hominibꝰ: tuo te preponis auctori.
Quotiēs enī hominibꝰ preeſſe deſidero / totiens deum
meū preire cōtendo: ⁊ tunc vere nō ſapio ea que dei ſūt.
Filiꝰ que debet parentibꝰ.
Hec Berñ. ¶ Et nota ꝙ filiꝰ multa debet parētibꝰ. Pri-
mo amorē cordis. Secūdo honorē operis. Tertio in ne
ceſſarijs ſuſtentationē. Quarto in obſequijs famulatio-
nem. Quinto reuerentiam in verbis. Sexto obediētiam
in honeſtis. Septimo veniā in offenſis. Octauo tolerā-
tiā in aduerſis. Sed quid fecit puer ieſus ī illo triduo?
Cōſpice eum: attende quomodo ſe ad aliquod hoſpitale
Chriſtus mēdicaſſe aſſerit.
pauperꝫ reducit: ⁊ cū verecundia ſe ibi hoſpitari petit:
et ibi cū pauperibꝰ ieſus pauꝑ hoſpitatur / et comedit.
Mendicat etiā oſtiatim cū pauperibus: qꝺ ⁊ alias q̄nqꝫ



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Bernar.

feciſſe credit̾. vñ Berñ. Hoc querēs a dño eũ alloquit̾. Dñe (inquit) quis te in triduo ſuſtentauit? Et reſpõdet ſibimet ſic dicens. Ut te dñe ieſu xp̄e noſtre paupertati ꝑ oĩa cõformares: quaſi vnꝰ in turba pauperũ ſtipēdia per oſtia mēdicans queſiſti. Quis dabit mihi buccellaꝝ illarũ mendicatarũ participē fieri: et illius ſacri edulij reliquijs ſaginari? Hec Berñ. Conſpice eũ etiam inter doctores vultu placido ſapiēti et reuerēti; et quomodo eos quaſi ignorās īterrogat/ et audit/ qđ ex humilitate facit: et etiā ne illi ſuꝑ mirabilibus reſpõſis eiꝰ verecũderētur.

Moralit̾. Cõſāguinei vitādi

Cõſiderare aũt potes moraliter ī p̄dictis tria valde notabilia. Primũ eſt: qui vult deo adherere non debet inter cõſanguineos cõuerſari: ſed potiꝰ ab eis diſcedere. Nam et puer ieſus dimiſit a ſe dilectiſſimā matrē: cũ operibꝰ patris intēdere voluit: ac etiā poſtea inter cognatos et notos queſitꝰ inuētus nõ fuit: qꝛ caro et ſanguis eũ nõ reuelauit/ nec inuenit̾ in carnali ſocietate. vñ Ber. Puer ieſus īter cognatos et notos queritur: nec inuenit̾. Fuge fratres tuos et tu: ſi tuā vis inuenire

pſ̄. xliiij.

ſalutē. Et obliuiſcere populũ tuũ: et domũ patris tui. vt cõcupiſcat rex decorē tuũ. Et iterũ. O bone ieſu/ ſi nõ inuentꝰ es inter cognatos tuos: quõ te inueniā inter meos? Qualiter te inueniā in gaudio: quē vix mater tua do-

Bernar.

lens inuenit? Hec Berñ. Nec inueniri poteſt in comitatu multoꝝ: qꝛ nõ inuenit̾ ī multiplicitate mũdanoꝝ: ſed

Derelinq̄ ad tēpꝰ a ꝯſolatiõe diuina.

in intimo corde mētis vbi dei eſt templũ. Secũdũ ꝙ q̄ ſpũaliter viuit/ nõ miret̾ ſi aliqñ mente arida remanēs videat̾ ſibi ꝙ a deo derelictꝰ ſit: cũ etiā hoc matri dei cõtigerit. Nõ ergo mēte tabeſcat: ſed ꝑ cõtinuũ exercitiũ in ſacris meditationibꝰ et orõnibꝰ/ ac bonis operibꝰ ꝑſiſtendo diligēter eũ querat: et eũ ſi ſollicitꝰ fuerit/ reinueniet.

Origeñ. de q̄rēdo ieſu.

Nā ſm Origeñ. Oportet eũ q̄ querit ieſum nõ negligēter ⁊ diſſolute tranſire: ſicut multi querũt et nõ inueniũt: ſed cũ labore et dolore. vñ Ber. Si nolumꝰ fru-

Bernarđ de eodē.

ſtra q̄rere: q̄ramꝰ veraciter/ vt nõ ꝓ illo/ aliud feruēter/ vt nõ cũ illo: aliud ꝑſeuerāter/ vt nõ ab illo ab aliđ ꝯuertamur. Facilꝰ enī celũ et terra trāſire poſſunt: q̄ꝫ vt ſic querens nõ īueniat: ſic petēs nõ accipiat: ſic pulſanti nõ ape-

Propꝰ ſenſus vituperat̾.

riat̾. Tertiũ ꝙ nõ debet q̄s eē ꝓprij ſenſꝰ/ vel ꝓprie volũtatis. Nā cũ dñs ieſus dixiſſet oportere eũ operibus p̄ris intēdere mutauit ꝯſiliũ: et matris volũtatē ſecutꝰ receſſit cũ ea et nutritio ſuo/ ⁊ erat ſubditus illis. Hinc etiā perpende q̄ꝫtũ debent hoĩes obedire deo: q̄ñquidē ipſe deꝰ obedit hoĩbꝰ. Si enī exēplo dñi obediendũ eſt hoĩbꝰ: multo magis oportet obedire deo. Obediamꝰ igitur/ nõ ſolũ deo: ſed ⁊ hoĩbus: qꝛ dei filꝰ obediuit/ nõ ſolũ deo patri celeſti: ſed et parētibꝰ. [Et mater eiꝰ ꝯſerua-

Maria ꝯſ̾uabat oĩa in corde ſuo.

bat] quaſi magna [oĩa v̄ba hec] q̄ nunc et alias audierat ab eo: ⁊ hoc [ī corde ſuo] q̄ſi ſub ſigillo. ſ. recõdēs ⁊ ſignaculo. Niſi enī ipſa ꝯſeruaſſet nos ea nõ haberemꝰ: de eiꝰ nāq̄ꝫ theſauris nos iſta ſuſcepimꝰ. Oĩa q̄ppe q̄ de dño/ vel a dño dicta vel facta cognouit: ſiue intellecta: ſiue nõdũ intellecta/ ī corde ⁊ memoria q̄ſi ruminā da et diligētius ſcrutāda recõdebat: vt t̄pe ſuo vniuerſa ꝓut geſta erāt intelligeret: ac euāgeliſtis ⁊ querētibꝰ ſufficienter explicaret: et his tanq̄ꝫ regula ⁊ lege ꝑ totā vitā vtebat̾: docens vt nos crebra factoꝝ et dictoꝝ dñi meditatione īportunas cogitationes repellamus: et alios inſtruere laboremꝰ. Et ideo ſi q̄s indiget bonis ſermõibꝰ ad eam

Moralit̾.

recurrat: qꝛ facta ⁊ v̄ba xp̄i in cuſtodia ꝯſeruat. ¶ Moraliter ex iſto habemꝰ exemplũ/ q̄liter audiri debeāt v̄ba diuina: ſcꝫ vt in corde cõſeruent̾: et ibidē ruminētur/ nõ vt intrēt ꝑ aurē vnā et exeant ꝑ aliā. [Et ieſus ꝓficiebat etate ⁊ ſapiētia/ ⁊ gratia apud deũ ⁊ hoĩes] Etas ꝑtinet ad corpꝰ: ſapiētia ad animā: grā ad vtriuſq̄ꝫ ſalutē: ꝓficiebat vtiq̄ꝫ etate: ſicut carnis eſt etatis īcremēta ſuſcipere: qꝛ de infantia ad pueritiā: de pueritia ad iuuentutē

Proficere in grā ⁊ ſapientia põt aliq̄s duplicit̾.

cõſueto hoĩbꝰ creſcēdi ordine ꝑuenit. Porro in ſapientia ⁊ grā põt aliq̄s ꝓficere dupliciter. Uno mõ ſm ipſos habitꝰ ſapiētie ⁊ grē augmētatos: et ſic xp̄s in eis nõ ꝓficiebat: qꝛ ab inſtāti cõceptiõis ſapiā/ et grā plenꝰ fuit. Alio modo ſm effectꝰ: inquātũ ſcꝫ aliq̄s ſapiētiora ⁊ virtuoſiora opera facit: et ſic xp̄s ꝓficiebat ſapiētia et grā ſicut et etate. Scđm ꝙ ꝑ ꝓceſſũ etatis ꝑfectiora opera faciebat: ⁊ in his q̄ ſunt ad deũ et ad hoĩes: et hoc eſt qđ

Ambro.

addit̾ apud deũ et hoĩes. Uel aliter ſm Ambro. Proficiebat ſapiētia q̄ ad manifeſtationē ⁊ vſum eiꝰ: qꝛ ſuam ſapientiā et grām paulatī magis et magis patefaciebat.

Gregoriꝰ

Uel ſm Grego. Proficiebat in alijs: qui doctrina eiꝰ ⁊ exēplo ꝓficiebāt: ſicut magiſter in ſcholaribꝰ dicit̾ ꝓficere: qꝛ ſcholares ſub eo ꝓficiũt. Et ħ apud deũ. i. apud

Theophilus.

laudē dei: ⁊ apđ hoĩes. i. ad vtilitatē hoĩm: vl̾ ſm Theophilũ: apud deũ et hoĩes: quia priꝰ debet placere deo/ et poſtea hoĩbus. Et licet ieſus in ſe nõ ꝓficiebat ſapiētia ⁊ cognitione habituali: qꝛ hec in eo augmentata nõ fũt: ab inſtāti enī cõceptionis plenitudinē huiꝰ habuit: ꝓficiebat tñ et in ſe cognitiõe ſenſuali ⁊ experimentali: qꝛ ſenſus eius ꝯuertebatur de nouo ad aliquid ad quod antea non conuertebatur. vñ ſm ap̄lm. Didicit ex his q̄ paſſus eſt obedientiā. Non tñ de nouo aliq̄đ didicit qđ priꝰ neſciret: qꝛ qđ didicit prius nouerat ſciētia diuina

Bernar.

et inſpirata. vñ Berñ. Ut ob alienam miſeriā cor miſerũ habeas: oportet vt tuā priꝰ cognoſcas/ vt ꝓximi mentē in tua inuenias: et ex te noueris qualiter illi ſubuenias. Uerꝰ q̄ppe dei filꝰ priuſq̄ꝫ ſe exinaniſſet formā ſerui accipiēs: ſicut miſerā et ſubiectionē expertus non erat: ſic miſericordiā vl̾ obediētiā experimēto nõ nouerat. Sciebat quidē per naturā: nõ autē ſciebat ꝑ experientiā. At vbi minoratꝰ eſt vſq̄ꝫ ad illā formā in qua et pati ⁊ ſubijci poſſet: in paſſiõe expertus eſt miſeriā: et in ſubiectiõe obediētiā. Per quā tamen experientiā: non illi ſcientia: ſed nobis fiducia creuit: dũ in hoc miſero genere cognitionis is a quo lõge erraueramꝰ factꝰ eſt ꝓpinquior nobis. Quādo enī illi appropinquare auderemꝰ in ſua im-

Eſa. liij.

paſſibilitate manēti: nunc aũt monemur cũ fiducia adire ad thronũ gratie ipſiꝰ: quē nimirũ lāguores noſtros tuliſſe/ et dolores portaſſe cognoſcimꝰ: et in eo in q̄ paſſus eſt ipſe: nobis compati non dubitamus. hec Berñ.

Moralit̾.

¶ Moraliter ſicut ip̄e ꝓficiebat ſapiētia: etate: ⁊ gratia. apud deũ et hoĩes: et paſſus et reſurrexit: et ita intrauit in gloriā ſuā: ſic etiā ſuos ſequaces oſtēdit ꝓficere virtutibꝰ: ⁊ ꝑ paſſiones ad gaudia trāſmigrare debere. Hec autē facta et deo amabilis ciuitas nazareth: in q̄ verbũ caro factũ/ et flos oĩa vincens aromata: in vtero virginis germinauit. Uñ et merito flos interp̄tat̾. In hoc ſuper oĩes alias ſpeciali gaudet priuilegio: ꝙ ſalutis nr̄e dñs in ea principiũ procreauit: et ipſe preterea nutriri/ ⁊ parentibꝰ ſubijci dignatꝰ eſt: cui pater oĩa que ſunt in celo ⁊ in terra ſubiecit.

Oratio.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui: qui per triduũ a parentibꝰ tuis dolentibꝰ q̄ſitus: tandē in templo es inuētus: da mihi miſero te deſiderare: deſiderādo q̄rere: q̄rendo inuenire: īueniēdo amare: amādo mala mea redimere: redēpta nõ iterare. Et q̄ petēti largiris: q̄rēti īueniris: pulſanti aperiris: nõ deneges mihi minimo quod omnibus ꝓmittis. Quiq̄ꝫ ad volũtatem parentũ nazareth rediens: ⁊ ſubditus eis exiſtens formā oſtendiſti obedientie: da mihi duro voluntatem propriā frangere: vt ſubiectus ſim tibi: et propter te omi humane creature. Amen.

¶ Quid fecerit dñs ieſus ab anno duodecimo/ vſq̄ꝫ ad principium anni triceſimi. Capl̾m. xvj.

Luce. ij.

Euerſus ergo dñs ieſus a tēplo ⁊ hieruſalē cũ parentibus ſuis ī nazareth: erat (vt dictũ ē) ſubditus illis. Et ibidē cũ eis vſq̄ꝫ ad principiũ anni trigeſimi habitauit: nec in ſcripturis reꝑit̾ ꝙ in toto t̄pe iſto aliq̄đ fecerit: quod valde videt̾ mirabile.

Chriſtus quid a xij. vſq̄ꝫ fere. xxx. annũ fecerit

Quid igit̾ meditabimur ip̄m feciſſe. Stetit ne dñs ieſus ocioſus tanto tēpore: vt nil faceret dignũ ſcriptura et recitatione? Si enī feciſſet: cur (ſicut reliqua facta ſua) nõ ſcriptũ fuiſſet? Omnino ſtupor videt̾. Forte ideo ſcriptura tacet: ne acta iuniorum nimis ſe publicent. Sed attende hic bene: qꝛ patenter poteris videre: qꝛ nihil faciēdo fecit magnifica. Nihil enī de factis eius a myſterio vacat: ſed ſicut virtuoſe loquebatur ⁊ operabat̾: ſic virtuoſe tacebat ⁊ ſe ſubtrahebat. Credendũ eſt enī (ſicut dicit

Grego.

doctor Gregoriꝰ) ꝙ ante et deinceps abſq̄ꝫ oſtēſione alicuiꝰ famoſi et publici miraculi taliter inter hoĩes ꝯuerſatꝰ fuerit: quaſi fuerit vnꝰ ex illis: donec ad virilem peruenit etatem. Uñ de ipſo dicit iohannes baptiſta. Me-

Johis. j.

dius autē veſtrũ ſtetit quem vos neſcitis. Et totũ iſtud tēpus breuiter cõplexus eſt lucas ſub his verbis. Quia

Thomas

deſcendit cũ eis: et erat ſubditꝰ illis. vnde ⁊ Thomas



Miracl̾a cur īfans nõ fecerit

Medio tēpore. ſ. a natiuitate vſq̄ꝫ ad baptiſmũ nullum miraculũ xp̄s operatus eſt: ſed conformis conuerſationis alijs erat: ⁊ ſua virtus ignota omnibus exiſtebat. Ideo autem non fecit miracula medio t̄pe/ vt non putaretur myſteriũ incarnationis fantaſma eē: ſi non ſa habuiſſet ſicut alij etate infantes: ⁊ ideo demõſtrationem ſcientie ⁊ v̄tutis ſue ad id diſtulit tēpus: in quo alij homines ſcientia ⁊ v̄tute vigere ꝯſueuer̄t. hec Thomas.

Modeſtie chriſti laus.

Magiſter ħ ſummꝰ aliqñ docturꝰ v̄tutes ⁊ viā vite: cepit a ſua iuuētute opa v̄tuoſa facere: ſed mõ mirabili et incognito ac retroactis tēporibꝰ inaudito: videlꝫ ſe in conſpectu inutilem et abiectum ⁊ inſipientē reddendo: vt deuote ⁊ ſine omni temeraria aſſertione cogitari et meditari põt. Et cũ hac modificatiõe oĩa tibi affirmo: q̄ per auctoritatē ſacre ſcripture nõ ꝓbant̾/ ꝓut etiā ſupra in ꝓlogo recitatur. Subtrahebat ergo ſe a cõſortio hoĩm: ⁊ tumultꝰ eoꝝ deuitabat: crebriſq̄ꝫ orationibꝰ intētus erat. Ibat ad ſynagogā. i. eccleſiā/ ⁊ ſtabat ibi mltum in oratione/ ponēs ſe in loco viliori ⁊ magis humili. Redibat domũ: ⁊ cum mr̄e ac nutricio ſuo ſtabat: ⁊ aliquādo hos adiuuabat. Pertranſibat eũdo ⁊ redeundo inter hoĩes: ac ſi nõ inueniret hoĩes. Mirabātur cũcti: cernētes iuuenē tā ſpecioſũ nihil facere: q̄ꝫtũ appꝛebat laude dignũ. Expectabat ꝙ faceret magnifica: ⁊ probi viri opa. Cũ enī puer erat/ ꝓficiebat etate et ſapiētia ⁊ gratia apud deũ et hoĩes. Sed ecce creſcens ⁊ perueniens vſq̄ꝫ ad vigeſimũ annũ: ⁊ etiā vſq̄ꝫ ad vigeſimũ quītum/ ⁊ vltra nulla faciebat opa: aliquā ſpeciē ꝓbitatis ⁊ virilitatis p̄tēdētia. Stupebāt vehemēter eũ ⁊ deridebant: et apud omnes communiter vilis ⁊ abiectus reputabat̾. Qđ bene per prophetā in ꝑſona ipſiꝰ dictum fue-

Pſ̄. xxj.

rat. Ego ſum vermis ⁊ non hõ: opprobrium hominum ⁊ abiectio plebis. Omnes vidētes me deriſerunt me: lo-

Hũilitatis cõmēdatio.

cuti ſunt labijs/ ⁊ mouerũt caput. Reddebat ſe vilē oĩbus ⁊ abiectum. Sꝫ an tibi paꝝ hoc videt̾. Ip̄e q̄dē nõ indigebat: ſed certe in operibꝰ noſtris nullũ maius aut difficilꝰ reputat̾: ad altiſſimũ gradũ ꝑueniſſe videtur ac difficillimũ: q̄ ad hoc peruenit/ vt corde ⁊ animo vere et non ficte ita ſe vincit ac dominatur animo ſuo ⁊ ſuꝑbo carnis ſue ſuꝑcilio: ꝙ nolit alicuius momenti reputari: ſed vt abiectus et vilis ſperni. Uſq̄ꝫ quo igit̾ ad hunc gradũ perueneris nihil tibi feciſſe videaris. Nam cũ ī veritate iuxta verbũ dñi omnes ſumus inutiles: etiam cum benefecerimus: quouſq̄ꝫ in hoc abiectionis gradu non ſumꝰ: nõdũ in veritate ſtamꝰ: ſꝫ ī vanitate cõſiſtimꝰ et ambulamꝰ. Unde non ſeducamus noſmetipſos: quia

Gal. vj.

ſm ap̄lm. Qui ſe exiſtimat aliquid eē cũ nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. In omni quidē cura quam pro ſalute tua gerꝫ: non eſt vllũ officium vel medicamentm vtilꝰ tibi q̄ꝫ te ipſum vituperare atq̄ꝫ contemnere. Quicũq̄ꝫ ergo hoc facit adiutor tuꝰ eſt: hoc enī agit qđ tu agebas/ aut agere debebas vt ſaluus fieres. Ad eũ itaq̄ꝫ q̄ īiuriā tibi fecit/ priuatũ magis te exhibe ⁊ affabilem: ad eum v̄o cui tu feciſti ſupplicē ⁊ erubeſcētē. Aduerſariũ tuũ et eum qui tibi moleſtie aliq̄đ irrogat: amicũ ⁊ adiutorē eſtima: dānũ tibi illatũ ⁊ cõtumelias lucrũ ⁊ profectũ tuũ deputa: ⁊ pro his gratias deo/ et inferentibꝰ referre non

Hũilis aĩ īdicia.

ceſſa. Nā ſm quēdam humilis gaudet cũ deſpicitur: dolet ſi honoratur: gemit ī proſperis: exultat in aduerſis: timet in diuitijs: luget in delitijs: cruciat̾ in abũdātia: et in penuria gloriatur: laudes contēnit tranſitorias: et omni honore eſtimat ſe īdignum: abhorret hypocriſim: neſcit ſimulationem: ſed diligit veritatem: tēꝑalia obliuiſcitur: et eterna concupiſcit: neſcit que mundi ſunt vt celeſtia mereatur: nunq̄ꝫ de ſe preſumere cõſueuit: vires ſuas vel gratias ſi quas habet nunq̄ꝫ ſibi tribuit: merita ſua nõ ſuis viribus vel ſuo ſenſui aſcribit/ ſed diuine clemētie dona humiliter recognoſcit. Idem latere deſiderat ſi fieri poſſit ſine dāno ꝓximi: ne poſſit vel modico iactantie ſeu elationis vitio inq̄nari. Quis eſt talis:

Bernar.

